

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0001-7

Ec 39.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0002-3

Cl. 2391.

# Bartholomæi Frencelij Côtheni

# ODARVM SACRARVM LIBRI TRES:

De incarnatione, rebus geſtis, & Crucifixione Domini ac ſeruatoris noſtri IESV CHRISTI.

## EX VETERI ET NOVO TESTAMENTO

Additæ etiam ſunt in ſingulis libellis cantilenæ primitiuæ Eccleſiæ, LVTHERI, & aliorum, de iiſdem beneficiis pios erudientes, in Eccleſia decantari ſolitæ.

*VVITEBERGAE*

*Ex Officina Cratoniana.*

*ANNO M. D. XCI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0003-8

# AD CANDIDVM Lectorem.

Ἄλλοι μὲν ἐκπλάγως χρυσὸν
Τιμῶσιν, οἱ δ', ἀργύριον,
Σηρῶν τε τὰ καλὰ νήματα,
Βίου τε τούτου παίγνια:
Χριστός τ' ἐμοὶ πλοῦτος μέγας,
Καὶ μοῦνος ἐμοὶ θάῤῥος μέγας:
Ἄδω τοῦτ' ὂν νῷ γνησίῳ,
Τἆλλα ὑπεροπτικῶς ἔχω.

B. F.

*Luc.* 10

ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία
τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέ-
ξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται
ἀπ' αὐτῆς.

# ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS, AC DOMINIS, D. IOHANNI Georgio, & D. CHRISTIANO, PRINCIPIBVS Anhaltinis, Comitibus Aſcaniæ, & Dominis in Serueſto, Bernburgo etc. Dominis ſuis clementiſsimis.

*VItam quod facit hanc breuem, miſellam,*
*Iucundam magis, & beatiorem*
*Pijs omnibus, ô duces benigni,*
*PATRIAEq́ PATRES, id eſt, manetq́ :*
*VITAE noſſe DVCEM, datum ſupernè,*
*VITEM perpetuaq́ noſſe VITAE.*
*Hac in viuere vite, dona vitæ*
*In hac omnia poſſidere VITE.*
*Succo VITIS ab iſtiusq́ VIVVM*

Haurÿſſe leuamen, atq́; VITAM.
Hac in VITE manere, ferre fructum,
Fructum viuificum, Deoq́; gratum.
Hunc dum pango DVCEM, viamq́; VITAE,
Hac dum geſtio, lætor inq́; VITE,
Verbis fontibus è ſacris petitis
ISRAEL: placidi fauete Muſis
Duces quæſo meis, easq́; magno
CHRISTI dicite ô cruore magnas.
Sic VITA benè largiente VITAM
VIVETIS placidam, fouendo VITEM
Veram: Sic eritis, manebitisq́;
Palmitesq́; decusq́; VITIS huius.

B. F.

Liber

# Liber Primus.

## CHRISTVS INCARNATVS.

*Eſaiæ 7.*

Ecce virgo concipiet, & pariet FILIVM, & vocabitur nomen eius EMANVEL, butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum.

# ODE I. MONOCO-LOS, IAMBICIS DI-metris acatalecticis.

– – ∪ – | – – ∪ –
∪

De ſemine mulieris venturo, primorum parentum poſt lapſum, & omnium Patriarcharum in veteri teſtamento, vnico ſolatio.

*Iuxta melod. Veni Redemtor gentium.*

1.

Gen. 3.

*PRimi Parentes dum cibos*
*Serpentis aſtu noxios*
*Guſtant in horto, maximi*
*Temnuntq́ mandatũ Dei:*

2.

Effectus peccati.

*Horror, tremorq́ pectoris*
*Metuq́ iuſti numinis*
*Hos torquet, Vrget, à ſuo*
*Iam prorſus auerſos DEO.*

3.

*Tranſgreſsionum ſeruuli*
*Et mortis æternæ rei*
*Fiunt, ſuis cum poſteris*
*Dandi paludibus ſtygis.*

4.

Vide concionem Diui Bernhardi de dicto pſ. 85. Vt miſericordia & veritas obuient ſibi.

*Horum miſertus at DEVS*
*Non abijcit captos dolis,*
*Iuſtam ſed iram temperat,*
*Modo ſtupendo temperat.*

5.

*Supplex* PATRI *fit* FILIVS
*Pro perditis mortalibus,*
*Mox dicit his ſolatium,*
SINV PARENTIS *proditum.* Joh. 1.

6.

*Tuum tibi, ſerpens, ait*
SEMEN MVLIERIS *conteret* PRIMA
*Caput: ſtrues & ipſius* Promiſsio.
*Fraudes, doloſq́; calcibus.* Gen. 3.

7.

*Credunt fideli pectore,*
VITAM *receptant in* FIDE:
*Iubent in illud liberos*
*Sperare firmiter ſuos.*

8.

*Hinc de futuro ſemine* Gen. 12.
*Promiſsio fit* ABRAHAE:
CREDIT DEO, *ſola fide* Gen, 15.
*Fit* IVSTVS HOC *in* SEMINE. Rom. 4.

9.

*Hanc* ISAAC, *hanc filius* Gen. 26. 28.
IACOB *ſacratis cordibus*
*Exoſculantur, & ſacra*
*Cœli lucrantur præmia.*

10.

*Tunc naſcituri ſeminis* Gen. 49.
*Tempus notatur, & tribus,* Eſa. 7. 9.

 *Perſona* Pſal. 2. 110. Mich. 5

2\. Reg. 7. *Perſona, regnum, patria,*
Eſa. 35. 61. *Munus ſacrum, miracula.*

11.

*Multis pijs promiſsio*
Eſa. 63.45. *Hæc explicatur poſtea:*
Pſalm. 102. *Credunt, petunt vt in ſua*
*CHRISTVS pateſcat gloria.*

12.

*IESV, tibi laus cum Patre,*
*Flatuq́ꝫ, quod clemens Adæ*
*Miſertus, hunc cum poſteris*
*A vi Draconis aſſeris:*
*Amen.*

## ODE II. TRICOLOS DECASTROPHOS, Iambicis dimetris acatal. & catal. alternatim current, niſi quod quinto & ſeptimo loco, pro dimetro acatalectico, vtrobiq́ꝫ bini monometri acatalectici ponuntur.

– – ∪ – | – – ∪ –
– – ∪ – | ∪ – ∪̄
– – ∪ ∪̱

Prima promiſsio de ſemine CHRISTO, primis patribus in veteri teſtamento ſubinde repetita.

Iuxta

Iuxta melod. Durch Adams fall.

1.

SIt ira, ſit diſſenſio
Inter tuumq́; ſemen,
Serpens, & inter fœmina
Sanctum, piumq́; ſemen,
Hoc conteret
Tibi caput,
Deſtructor ille Lethes:
Calcem cui
Vi non leui
Mordere non remittes.

Anno à condito mundo, & exilio de paradiſo, à peccato, morte & Sathanæ regno primo. Luth. in ſupputat.
Gen. 3.
ADAM & EVA.
Semen mulieris

2.

Eris, manebis plebs mihi,
O Abrahame, magna.
Felix eris, magnum tibi
Et nomen hoc in orbe.
In te bonus,
In me pius,
Tuus meus ſit hoſtis:
In SEMINE
Tuo bene
Dicentur omnes gentes.

Anno mundi 2023.
AEtatis Abrahæ 75.
Gen. 12.
ABRAHAM.
Familia.
Gen. 15. 22.

3.

Vt ſtellulas cœli tuum
Augebo ſemen ipſe.
En regna ſemen hæc tuum
Habebit abſq́; fine.
In ſemine
Tuo bene
Dicentur & nepotes:

Anno mundi 2074.
AEtatis Iſaac 26.
Gen. 26.
ISAAC.

Quod Abraham
Vocem meam
Miratus, atq; leges.

4.

Anno mũdi 2185
Anno ætatis Iacob 77.
IACOB.
Gen. 28.
Vaticiniũ IACOBI patriarchę.

Patrum tuorum ſum DEVS,
Dabo tibiq; terram,
In qua cubas: nepos tuus
Certè tenebit illam.
Pulvis velut
Terræq; ſit,
Regnabit hic, vbiq;:
In ſemine
Viuent tuo
Omnes tribusq; terræ.

5.

Anno mũdi 2257.
„Tribus.
Tempus.
SILOH.
id eſt, Filiũ virginis.
Gen. 49.

Non auferetur de domo
Sceptrumq;, resq; IVDA.
Nec Doctor eius à pede,
Dum prodat ipſe SILOH.
Hic omnium
Spes gentium
Erit, manebit VNVS:
Huncancoram
Tanquam ſacram
Petet, requiret omnis.

6.

De donatione S. S.

Ad vineam pullum ſuum
Ligabit, ac aſellam
Ad palmitem vitis: ſtolam
Lauabit inde ſacram

Vino

*Vino, botri*
*In ſanguine*
*Togamq́; ceu meracum*
*Eius rubra*
*Sunt lumina;*
*Denteſq́; lac vt ipſum.*

Anno æta-
tis Iacob
147.

7.

*En ſtella* IACOB *ex pio*
*Surgit modo ſtupendo.*
*Ex* ISRAELE *florida*
*Surgit, venitq́; virga.*
*Hoſtes premet*
*Cunctos: erit*
*Penes* ISACVM *triumphus.*
IACOB *ſalus*
*Reget, malas*
*Perdetq́; civitates.*

Stella illu-
ſtris & LVX
mundi ex
ſtirpe Ia-
cob proceſ-
ſura.
Balaam.
Anno mũ-
di 2492.
Num. 24.

8.

*Tibi Prophetam tunc* DEVS,
*Vt me, dabit ſupremus.*
*Ex te, tuuq́; fratribus*
*Hunc excitabit: omnis*
*Hunc audiat,*
*Dum detegat*
*Vobis ſtatuta noſtra:*
*Hunc qui fugit,*
*Qui deſpicit,*
*Mox ipſe vindicabo.*

CHRIStus
Meſſias per
Moſē pro-
miſſus.
Deut. 18.
Euangeliũ
de Chriſto.
Acto. 3. 7.
Anno mũ-
di 2494.
Exitus Iſra-
ëlitici 41.

9.

*Dies vbi compleueris*
*Tuos, tuamq́; vitam.*
*Cum Patribus quando tuis*
*Quieueris ad vrnam.*

CHRIStus
promiſſus
Dauidi per
Nathan.

Poſt

Anno mũ-
di 2900.
Poſt etiam
Iſra 449.
DAVID.
2. Reg. 7.
1 paral. 17.
Eſa .11.
pſa. 89. 132.
Familia.

*Poſt te tuum*
*Semen pium*
*In orbe ſuſcitabo:*
*De ventre qui*
*Tuo tibi*
*Surget modo ſtupendo.*

10.

Pſalm. 132.
Hæc pro-
miſsio edi-
ta eſt annis
ante natũ
CHriſtum
1060.

*Regnum poten s huic ſuum*
*In cuncta firmo ſecla.*
*Hic nomini meo domum*
*Struet potente dextra.*
*Huius thronum*
*In ſeculum*
*Corroborabo ſolus:*
*Huic ego*
*Parens ero,*
*Erit meuſq; gnatus.*

11.

Pſalm. 2.
Chriſtus
æternus
Rex.
Gentes.

*Ego meum fieri ſacro*
*REGEM ſuper Sione.*
*Iuſſum ſacrum, nouum fero,*
*Dixit Parens quod ipſe:*
*Es tu MEVS*
*Es FILIVS,*
*Hac te genuiq; luce:*
*Me poſcito,*
*Gentes dabo,*
*Hos terminosq; terræ.*

12.

Pſalm. 89.

*Summam Dei clementiam*
*In ſecula prædicabo*

*Fidem*

Fidem canamq́ maximam
Ipſius ore grato.
Dico, noua
En GRATIA,
Manſura cuncta ſecla.
Venit pijs:
Cæli DEVS
Implebit ipſe pacta.

Ioh. 1. Gratia & veritas per Ieſũ Chriſtum facta eſt. Luth.

13.
Charo meo, ſeruo meo
Iurando fœdus ici.
Semen tuum nutu meo
Seclo vigebit omni.
Thronum tuum
In ſeculum
Firmabo: tanta calè
Miracula
Pangent, bona
Loquantur iſta ſancti.

2. Reg 7.

14.
Iurauit en DEO DEVS,
Nec pœnitebit ipſum.
Es tu ſacerdos maximus,
Manes in omne ſeclum.
Eris mihi
Meta ſine
MELCHISE decus ille.
Regnum tuum,
Munus tuum
Tempus manebit omne.

CHRIſtus æternus ſacerdos. Pſal. 110.

15.
Diu ſedebunt ISACI
Gens, Rege deſtituta.

Anno mũdi 3145.

Et

Oſeæ 8. Et victimis, & principe,
Araq́ue, cultibusq́ue.
Dehinc ſuum
Quærent DEVM,
CHRIStus, DAVID, ſuumq́ue Regem:
REX. Colent DEVM,
DEI bonum,
Nouiſſimo dierum.

16.

Anno mũ- Et tu Bethles Vrbs, Ephrata,
di 3187. In millibus nequaquam
Micheæ 5. Es, aut manebis paruula,
Bethlehem Te cerno, dico magnam.
patria Meſ- Ex te mihi
ſiæ. Princeps mei
Dux popu- Venturus eſt popelli:
li DEI. Egreſſio
Cuius ſacra,
Dies & antè mundi.

17.

Anno mũ- En Virgo caſta concipit,
di 3205. Partúq; Virgo NATVM.
Eſaiæ 7. EMANVEL huic erit
Virgo ma- Nomen ſacrum: butyrum
ter, Et mel edet,
Emmanuel Verè ſciat
Matth. 1. Vt mente reprobare
Interpre- Cunctum malum:
tatur An- Contra bonum
gelus. Legendo comprobare.

18.

*EST PARVVLVS NOBIS ſatus,* Eſaiæ 9.
*Nobis datusq́; GNATVS.*
*Eſt principatus ipſius* Verus Deus
*Humerum ſuper ſacratus.* ac homo.
*Vocatur is* Nomina
*Mirabilis,* huius par-
*Conſultor altus alti:* uuli.
*Fortis DEVS,*
*PACIS thronus,*
*Secli PATER futuri.*

19.

*Regnum ſit eius maximum,* Regnum
*Nec meta pacis eius.* huius Meſ-
*DAVIDIS & ſuper thronum* ſiæ æternũ.
*Sedens, gubernet VNVS.*
*Corroboret* Hûc refer
*Hunc, firmet &* 11. caput I-
*Rex æquus, atq́; iuſtus.* ſaiæ de ra-
*In ſeculum:* dice Iſai.
*Hoc cælitum* Vide infra
*DEI dat ipſe Zelus.* Ode 1. de
Chriſto
manifeſta-
to.

20.

*En imminent dies, ait,* Anno mũ-
*Quod flectit omne, numen.* di 3334.
*Et ſuſcitabo mox DAVID* Ierem 23.
*Iuſtum, piumq́; germen.* 33.
*Hic REX erit,* Regnum
*Prudens erit,* æternum.
*Regnabit absq́; fine*
*Hoc iudice*

*Pacis*

*Noua iuſtitia.*

*Pacis noua*
*Erit ius hoc in orbe.*

21.

*Nomen Meſsiæ. IEHOVA iuſtitia veſtra.*

*Illis diebus hic meus*
*Saluabiturq; IVDA.*
*Manebit ISRAEL meus,*
*Manebit ille tutò.*
*Et nomen hoc,*
*Quod germen hoc*
*Pius vocabit omnis,*
*Iuſtus IOVA,*
*Noſter Ioua,*
*Qui nos reponit aſtris.*

22.

*Anno mũdi 3356. Ezech. 34. Paſtor bonus. Hunc locũ declarat ipſe Chriſtus Ioh. 10.*

*Vnumq; paſtorem bonum*
*His ipſe ſuſcitabo.*
*DAVID meum, ſeruum meum,*
*Qui paſcet haſce Verbo.*
*His paſtor is.*
*Erit bonus,*
*Horum DEVS manebo.*
*Princeps eis*
*Seruus meus,*
*Ego DEVS ipſe dico.*

23.

*Anno mũdi 3416. Verba Gabrielis Archangeli ad Danielẽ*

*Audi, DEI vir, percipe:*
*Poſt nonaginta luſtra,*
*Octoq; plebi quæ tua,*
*Vrbiq; deſtinata,*
*Transgreſſio.*

Semper

Semper DEO
Inuiſa, tegetur vltrò : Dan. 9.
Iniquitas , Tempus.
Et prauitas
Tollentur expiando.

24.

Et tunc erit mortalibus Iuſtitia
Aſtræa ſempiterna. æterna.
Promiſſa quondam patribus,
Erunt repleta cuncta,
Oracula,
Et viſio
Promiſſa cuncta fient, CHRIStus
Tunc omnium omnium
Sanctiſſimum ſanctiſſi-
Vngi, coliq́ cernent. mus.

25.

Dicit Creator omnium, Anno mũ-
Exile, vile tempus di 3444.
Adhuc, & ipſe ſiderum, Haggei 2.
Terræ mouebo pondus.
Et hoc fretum,
Et aridam,
Omnes mouebo gentes :
Inſtabit is Chriſtus
Tunc gentibus deſideratus
DESIDERATVS ipſis. " gentibus.

26.

Quis, ò DEVS, dignas tibi
Grates poteſt referre ?

*Quod fœderis memor tui*
*Hoc reppetis ſubinde.*
*Et PATRIBVS,*
*Cum poſteris*
*Tradisq́; detegisq́;*
*Quo SEMINE,*
*Quo GERMINE*
*Cælos queant adire.*

27.

*Reple tuo nos numine,*
*Noſtrasq́; flecte mentes,*
*Vt hoc in vno ſemine*
*Spem collocemus omnes.*
*Sic ſemine*
*In hoc benè*
*Dicemur, inq́; REGIS*
*Regno noui*
*Ciues boni*
*Manebimus perennes.*

*Amen.*

## Ode 3 Monocolos
## Vt prima.

– – ∪ – | – – ∪ ∪

Vaticinia de aduentu Meſsiæ, Regis promiſsi in carnem.

Iuxta melod. *Veni Redemtor.*

1.

*Eſaiæ 62.* *En fecit auditum DEVS*
*In vniuerſis finibus*

*Terra: SION! filiæ*
*Annunciate, dicite.*

2.

*Salvator en tuus venit,* “
*A labe te mundet, venit,* “
*Opus, labor & ipſius* “
*Felix erit, non irritus.* “

3.

*Eos vocabunt plebs ſacra,* “
*Redempta maximo Iova:* “
*Tu civitas vocabere* “
*Quæſita, ſpreta non malè.* “

4.

*Lætare SION FILIA,* Zach 9.
*Lætare magna gaudia:* Matth. 21.
*IERVSALEM tu filia* Marci 11.
*Intraq; gaude pectora.* Lucæ 19.

5.

*En REX tuus IVSTVS venit,* 1 Signa Chri-
*SALVATOR, & pauper venit,* 2 ſti aduen-
*Sedens aſello, iunctus eſt* 3 turi ad
*Cui pullus, almus Rex adeſt.* paſsi:

6.

*Currus, eques, arcus feros,* 4 Effectus.
*Belli retundet VNICVS:*
*Amansq; PACIS, omnibus* “
*Pacem loquetur gentibus.*

7.

Eius poteſtas à mari,
Eius poteſtas ad mare:
Ab alueis ad vltimos
Totius orbis terminos.

8.

Tu cruoris fœdere
Vinctos reducis carcere:
Et fauce de lacus, aqua
Carentis, & ſolatio.

9.

Ergò ſpes vincti nouæ
Munitionem quærite:
Et hoc die denuncio,
Duplum tibiq; confero.

10.

Malach. 3. En, REX poli dicit, meum
Nunc mitto vobis Angelum,
Hic antè me, faciem meam,
Parabit, & ſternet viam.

11.

Et tunc ſtatim templum ſuum
DVX ille viſet, vnicum
Quem quæritis vos, ANGELVS
Et fœderis, quem poſcitis.

12.

*En inſtat, aduentus diem*
*Quis ipſius feret ſacrum?*
*Aut quis valebit maximam*
*Eius tueri gloriam?*

13.

*Vt ignis hic aurarij,*
*Vt herba fullonum: LEVI*
*Mox filios purgabit is,*
*Aurum probans vt ignibus.*

14.

*Iuſtiq́; tunc placentia*
*Summo DEO ferent ſacra:*
*Fideliumq́; victima*
*Placebit huic, vt anteà.*

## Ode 4. Monocolos Iambicis dimetris catalecticis.

– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Votum Eccleſiæ veteris teſtamenti, vt mittatur promiſſus MESSIAS, & vt vox Euangelii ſpargatur per totum terrarum orbem.

Pſal. 67. Deus miſereatur noſtri.

Iuxtà melod. O Lamb Gottes.

1.

*NObis DEVS benignus*
*Sit, atq́; nos ſecundet.*

*Hic corda noſtra ſolus*
*Vultu ſuo ſerenet:*
Confir. 1. *Viam ſuam ſciamus,*
2. *CHRISTVM LVCEM petamus,*
*Et gentium SALVTEM.*

2.

3. *Te plebs DEVS, celebrat,*
*Te plebs adorat omnis.*
4. *Celebritas triumphat,*
*Plauſus pius det omnis.*
Miſericor- *Iudex quod es ſacratus,*
dia & æ- *Iuſte regnúq; cætus.*
quitas Dei. *Mortalium, Redemtor.*

3.

*Omnis DEVM recenſet,*
*DEVM celebrat omnis*
Vox Euan- *Fructumq́; tarra præbet:*
gelii de *NOBIS faveto mitis*
CHRISto. *DEVS, DEVSQVE noſter,*
*DEVS, faveto proſper,*
*Te totus ornet Orbis.*

## Ode 5. Dicolos, hepta-ſtrophos, Iambicis dimetris acatalecticis & catalecticis.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄
– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Iuxta

Iuxta melod. Es iſt das heil vns.

1.

AT tu manes in ſeculum,
DEVS, tuumq́; nomen.
Surgas, veni, SIONIVM
Serua leuando culmen.
Veni DEVS, nam tempus eſt,
Tempus, veni, SIONIS eſt,
Tempus venit iuuandi.

Prop: Rationes.
1.

2.

Cœtus pium votum tui
Extructio SIONIS.
Quàm ſaxa, calcem nunc pij
Optant parata nobis.
Gentes vt omnes nomina
Timere geſtiant tua,
Reges tuos honores.

2.

3.

3.

CHRISTVS Sion vt extruat,
Suo vigens honore,
Exaudiat preſſum, ſinat
Pondus preces habere.
Scribantur hæc, ad poſteros
Et perferantur ocyus,
Vt quuq́; laudet ipſum.

4.
Vidimus ipſius gloriam.
Cultus in hoc regno.
1.

4.

Mundi Creator proſpicit
Throno ſuo beato.

2.

*Vt audiat, cæli Videt*
*De ſede feſtinato*
3. *Crebras ligatorum preces,*
*Soluatq; mortis filios,*
*Ex Vinculis potenter.*

5.

4. *Vt in* SIONE *prædicent*
*Nomen regentis aſtra.*
*Eiusq; laudes euehant*
*In ciuitate Sacra.*
5. *Si congregantur Vndiq;*
*Reges, & orbis incolæ.*
*Templis ſacram ferentes.*

## Ode 6. Tricolos, triſtichos, trochaico dimetro Brachiicatalectico, dimetro catal. & monometro hypercat.

– v̄ – v | – v̄
– v – v | – v v̄
– v – v | v̄

Votum piorum veteris teſtamenti ex Propheta Eſaia, vt mittatur Meſsias &c.

Iuxta melod. Chriſte/ du Lamb.

1.

Eſaio 45. Rorate cęli deſuper.

A*T rorate cæli*
*De ſuper,,* IVSTVM *pluant.*
*Aeris plaga.*

2. *Terra*

2.

*Terra recludatur,*
*Gentiumq; germinet*
*Vindicem ſacrum.*

3.

*Æquitasq; , paxq;,*
*Sempiterna pullulent,*
*Fante ſic* DEO.

*Poſſunt addi ſequentia:*

4.

*Laus Patri ſupremo,*
FILIO *laus inclyto,*
FLATVI *ſacro.*

5.

*Sicut eſt eratq;,*
*Ac erit per omnia*
*Secla ſeclorum. Amen*

(Huc refer reliquos pſalmos, vtpote 1. Vaticinia de Meſsia & eius regno, pſalmum 72. 89. 95 96. 97. 110. 117. 2. Vaticinia de regno Chriſti propagando, pſal. 2. 19. 24. 29. 45. 93. 113. Item pſalmum 132. qui eſt precatio tam pro populo Iſraëlitico, vt Deus regnum & ſacerdotium propter promiſsiones Dauidi factas, ſeruare velit: tum pro nouo & æterno regno Chriſti, & ſacerdotio: & pro regnis, quæ præbent Eccleſiæ hoſpitia)

## Ode 7. Dicolos heptaſtrophos, Iambicis dimetris acatal. quatuor, & catalecticis tribus, alternatim currens: quod ſexta ſtropha repetit acatalecticum.

Ex nouo teſtamento.

– – ᴗ – | – – ᴗ ᴗ̄
– – ᴗ – | ᴗ – ᴗ̄

Hiſtoria de incarnatione CHRISTI ex nouo teſtamento.

Iuxta melod. Nun freut euch.

1.

Gen. 49. POſtquam DEO viſum ſua
Auferre ſceptra IVDAE:
Legisq; DOCTOR in ſacra
Non eſſet vllus ade:
Anno mundi 3961. Promiſsionis tunc ſua
Imperii Auguſti 40. Memor, ſacrato culmine
25. die Martii. Demiſit ipſe SILOH.

2.

1. Conceptio Chriſti. Archangelus mox virginis
Eſa. 7. Intrat domum beatæ.
Lucæ 1 Ait: time nè, te DEVS
Dan 7. Complectitur fauore.
1. Angeli. Mich. 5. Fœtum feres altiſsimi,
Nota teſtimonia de Edesq; FILIVM DEI,
exhibito MESSIA ante Regem domus Iacob.
incarnationem ipſius in nouo teſtamento S. ex, 1. Mirere

3.

*Mirere ne, ſacra PATRIS*
*Virtute fit ſupremi.*
*Præſtare cuncta nam potis,* „
*Nihil deeſt & illi,* „
*Credens ait puellulæ,*
*Aſſum ſupremi ſeruulus,*
*Quæ dicta, cuncta fiant.*

4.

*Surgit puella, ſanguine*
*Iunctam ſibiq́; viſit.*
*In matris infans viſcere*
*Salit, DEVMq́; ſentit.*
*Conuentus ô dulciſſime,*
* *In quo ſacro Flatu duce*
*Arcana proferuntur.*

2. Iohannis Baptiſtæ in vtero matris

Lucæ 1. Malach. 3.

2. Mariæ ad Eliſabethã aſcẽſus PRIMA ſynodus in nouo teſtamento.

*Hic decretum, Meſſiam primis patribus promiſſum iam exhibitũ & conceptũ eſſe.

3. Eliſabethæ.

* In die S. Ioh. Baptiſtæ.

5.

*Clamat Parens vi numinis,*
* *Felix es ô puella,*
*Felixq́; fructus, quem geris,*
*Et vnde, quod ſacrata*
*Ad me venit MATER DEI*
*Beata, quæ credis, tibi*
*Prædicta cuncta fient.*

MARIA mater Dei.

6.

* *Geſtit puella Spiritus*
*Salutis in datore.*
*Vagit Ioannes paruulus*
*Tecta Eliſabetha,*

4. Mariæ virginis.

Lucæ 1.

*In die viſitationis Mariæ.

*Mutuo*

5.Zacharię ſenioris.

*Mutus parens mox cantico*
*Adeſſe promiſſum* SILOH
*Teſtatur, ora ſoluens.*

7.

Math. i.
* In feſto cõceptionis Mariæ virginis.
3. Angelus Domini Ioſepho in ſomnis apparens.

IOSEPHVS *at iuſtus, bonus,*
* *Caſum dolens puellæ,*
*Myſteriiq́; neſcius,*
*Hanc quærit abdicare.*
*Apparet in ſomnis ei*
*Mox Angelus, fidem Viri*
*Et firmat hiſce Verbis.*

8.

* EMANuel.
* Meſsias vocatur IESVS ab angelo in vtero matris
* In die natiuitatis Christi.
6. Angeli in ſomnis Ioſephum admonentis nè Mariam è S.S. grauidam repudiet. Eſa. 7.

DAVIDIS *ô fili, caue*
*Ne deſeras puellam.*
*Fit, quicquid eſt, à flamine*
* *Sancto, teneto ſponſam.*
* *En pignus edet, editum*
IESVM *Vocabis, ſontium*
*Hic tollet omne probrum.*

9.

4. Incarnatio filii Dei.
Anno mundi 3962. Imperii Augusti 41 25. dec.
Tempus. Gen. 49. Dan. 9.
LOCVS. Aſcenſus Ioſephi cum Maria à Galilæa in Iudæam.

*Paret ſenex, diuinitus*
*Sponſam ſibiq́; ſeruat.*
* AVGVSTVS *inde maximus*
*Heros Vbiq́; regnat,*
*Cenſetur orbis, omnibus*
*Omnes eunt è finibus,*
*Cenſum ſuum daturi.*

10.

*Ioſephus & Bethleſ, ſua,*
*Portis propinquat, Vrbis:*

Di

| | | |
|---|---|---|
| *De ſtirpe quod* IESSEIAE | | |
| *Erat, tribuq́, prolis.* | TRIBVS. | Math. 1. |
| *Nomen ſuum cum Coniuge* | | Lucæ 1. |
| *Det, hæc ſupremi Flamine* | | |
| *Prægnans erat Parentis.* | PERSONA. | |

11.

| | | |
|---|---|---|
| *Hic dum morantur, en adeſt* | | |
| *Partus dies ſacrati.* | MODVS. | 1. S. S. virtute. |
| *NATVM parit, qui primus eſt* | | 2. ex virgine. |
| *NATVS ſuus, Deiq́.* | | 3. primogenitus. |
| *Inuoluit ipſum vilibus* | FACTVM | 4. quādo genitus. Venit tempus pariendi. |
| *Pannis: iacet præſepibus,* | | 5. In ſumma paupertate. |
| *Qui cuncta ſeruat vnus.* | | |

12.

| | | |
|---|---|---|
| *Mox Angelus paſtoribus,* | 6. Reuelationes incarnati Chriſti. | |
| *Fulgore clarus, inquit.* | | |
| T*IMETE NE, quin mentibus* | | |
| *Audite, ſette latis.* | | Concio |
| E*n MAGNA VOBIS Gaudia* | 1. Per Angelum. | Angeli. |
| *Annuncio quæ ſunt DATA* | | Lucæ 2. |
| *Mundo, pijsq́ cunctis.* | | |

13.

| | | |
|---|---|---|
| *Eſt hoc die* VOBIS *ſatus* | | |
| *IEHOVA CHRISTus, orbis* | Nomina & officia infantuli. | |
| *SALVATOR* VNVS *totius* | | |
| *Bethles in vrbe vilis.* | | |
| *Notate ſigna, diſcite,* | | |
| *Præſepe, linteum leue,* | Signa. | |
| *Illis reclinat infans.* | | |

14. Adeſt

2. per multitudinem militiæ cœleſtis.

Canticum angelorũ.

14.

Adeſt ſtatim cæleſtium
Grex omnis Angelorum:
Laudantium tali DEVM
Præconio benignum:
Sit laus DEO, ſit gloria,
PAX inq; terris, ſit bona
Mortalibus voluntas.

3. Per paſtores.

15.

Extemplò credunt Angelis,
Et vna mens abire.
Eum, vident domum Patris,
Colunt, verentur aequè.
Domum celebrant vndiq;:
Quin ipſa mater pectore
Hæc cuncta ſeruat imo.

* In die circumciſionis Domini.

Circumciſio Chriſti. Lucæ 2.

Nomen Ieſus ab angelo ipſi impoſitum Math, 1.

Luc. 1.

16.

Octaua lux adeſt, viri
* Partem putatur infans,
Rigore legis nos DEI
Implendo ſoluat inſons.
IESVS vocatur, Angelus
Vt dixerat, ſua prius
Quam matris eſſet aluo.

* In die purificationis Mariæ.

Oblatio Simeonnẽ. templi

Canticum Simeonis.
4. Per Chriſto in

17.

* Hinc ſiſtitur DEO, fouet
Vnus ſenex & ipſum.
Præ gaudio qui mox ait:
Nunc mitte quaſo ſeruum:
CHRISTVM, Deus, vidi tuũ,
Lumen celebre gentium,
Tuæ decusq; plebis

18. Quod

18.

*Quod deſtinatus caſui* *
*Sit ille plurimorum*
*Prædicit: HANNA paruuli*
*Laudat, celebrat ortum.*
*Creſcit* PVER *prudentia,*
*Ætate, tumq́; GRATIA*
*Apud* DEVM, *proq́;.*

Luce. 2.
5. Per Hannam.
PVER IESVS.

*Dominica à natiuitate Chriſti.

19.

*Stellam vident Magi, prius**
*Non hoc in orbe viſam.*
*Sacris propinquant mœnibus,*
*Quærunt nouumq́; Regem.*
*Turbatur ipſa ciuitas,*
*Cum Rege, conſulunt ſacras*
*De rebus hiſce ſortes.*

6. Per nouam ſtellã in Oriente viſam.
Math. 2.
MAGI.
HEROdes.
HIEROſolyma.

*In Epiphania, Domini.

20.

*Mittit magos Rex Bethlehem,*
*Et nos iubet redire,*
*Eunt, habent nouum Ducem*
*Terræ* DEVM, *poliq́;.*
*Aurum ferunt, thus & ſacros*
*Stactes liquores, Angelus*
*Eos domum reducit.*

Fraudes Herodis.
Munera myſtica.
Aurum
Thus
Myrrha.

21.

*Illis profectis nuncius*
D E I *monet parentes*
*Cum prole cedant finibus,*
*Memphitiden petentes,*
*Eos vocet dum: percitus*
*Ira furit Rex, paruulos*
* *Bimos trucidat omnes.*

Tyranni Herodis
Fuga Chriſti in Aegyptum.
Num. 23.
Oſeæ 11.
Math. 2.
Hiere. 31.

Infanticidium.

22.

*Herode ſublato iubent*
*Hos fata mox redire.*

*In die innocentum. puerorum.

At

| | | |
|---|---|---|
| Anno Chriſti 3. | REDITVS Chriſti in patriam. | *At filii Regis timent* |
| | | *Sæuitiam, doloſq́;.* |
| *Nazaręus vocabitur. | | *Rurſum monentur cælitus,* |
| | Iudic. 13. | **In Nazaræis finibus* |
| | Eſa. 11. | *Latere cum puello.* |

23.

*Sit laus tibi,* FILI DEI,
*Cum* PATRE SPIRITVQVE.
*Voti memor quod nunc tui*
*Dignatus es venire.*
Zach. 9. *Iuſtus, bonus venis, ades,*
Eſaiæ 62. *Pauperq́; nos vt diuites*
*Fiamus, atq́; iuſti.*

24.

*Fac corde grato munera*
*Hæc tanta prædicemus.*
*Fac illa nobis vltima*
*Hora ſub applicemus,*
*Vitabimus ſic Tartara,*
*Tecumq́; cæli gaudia*
*Tenebimus beati.*
*Amen.*

## Ode 8. Monocolos, Vt prima.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄

De MESSIA, Domino noſtro IESV Chriſto, quod eſt verus Deus, & homo.

Iuxta

Iuxta melod. Von Himel hoch.

1.

RES antè conditas LOGOS, * Ioh. 1.
Eratq; cum DEO LOGOS 1. 1. Verds
Et hic erat LOGOS DEVS, DEVS.
Semperq; cum DEO DEVS. 2.

2.

* In die natali Ieſu Chriſti.

Ipſum per omnia facta ſunt,
Ipſo nec abſq; facta ſunt. 3.
Quacunq; facta: VITAq; 4.
In hoc erat planiſsimè.

3.

Hæc lux erat mortalium,
Sacrum iubar, cælo datum: 5.
Hæc in tenebris fulſerat,
Nec hanc tenebræ nouerant. Eſaię 9.

4.

Homo miſſus à DEO Patre
Erat, IOANNES nomine: Quomodo
Hic quàm Sacrata lux erat, λόγος
Teſtis futurus Venerat. patefactus.

5.

Is non erat lux hæc ſacra,
Sed teſtis hoc de lumine, Teſtimonium Iohannis de Chriſto.
Quod Vera lux, quod omnium
Sit Vna lux mortalium.

6.

Lux talis in mundo fuit, Quomodo receptus A
Hic factus & per hanc fuit:

C At

ſuis & à mundo. At mundus impijſſimo
Contemſit illam pectore.

7.

Venibat hæc in propria
Cæli ſacro de culmine:
Nec cælico pro munere
Eum recepit gens ſua.

8.

At quotquot imo pectore
Illam receperunt piè,
Illis dedit ſuauiſſima
Parentis eſſe pignora.

9.

Qui nempe fido pectore
Scirent in eius nomine,
In morte, vita credere,
Conſtanter & confidere.

10.

Non ex potentum ſanguine,
Nec carnis ex libidine
Nec ex viri cupidine
Nati, ſed ex DEO Patre.

11.

2. λόγος caro factus. VERBVMq; iam factum CARO.
Interq; nos miſſum polo.

Cupiuit

Cupiuit eſſe, Viuere.
Noſtris in oris Viuere.

12.

Conſpeximus eius gloriam,
Vnigeniti ceu gloriam
A PATRE: plenum gratia,
Et Veritatis patria.

13.

O CHRISTE, qui VERBVM Patris,
Ob idq́ʒ VERBBVM diceris,
Quod nos doces VERVM tuum,
Sinu Parentis proditum.

14.

Verbum tui quod es PATRIS
Quod Verus esq́ʒ Virginis
Gnatus, fac arcto pectore
Credamus omni tempore.

15.

Sis Vita noſtra quæſumus,
Lucem tuam da mentibus.
Illuminaq́ʒ cælico
Splendere noſtra pectora.

16.

Regni DEI ſic dulcia

*Fiemus omnes pignora:*
*Sic nomen auguſtum tuum*
*Colemus in omne ſeculum:*

*Amen.*

## Ode 9. Tricolos decaſtrophos, Iambicis dimetris acatalecticis quinque, & Trochaicis Brachycatalecticis quatuor catalectico vno.

– – ∪ – | – – ∪ –
– – ∪ – | ∪ – $\bar{\cup}$
– ∪ – ∪ | – ∪ $\bar{\cup}$

Sumtũ eſt hoc canticum ex Prophetia Eſa. cap. 9. Vide Luth. in 8. tom. ſuper cap. 9. Eſa. Prop. Pſal. 118.

De myſterio incarnationis CHRISTI, & quibus hic puer manifeſtatus.

**Der tag der iſt ſo Freudenreich.**

1.

*HAEc eſt dies optabilis,*
*Omnibus creatis.*
*VERVM DEI qua FILIVM*
*Præter ordinatum,*
*Puella peperit pia,*
*Electa fato, quo SILOH*
*Eſſet alma mater.*
*Res ſtupenda, nam ſacer*
*FILIVS DEI nouus*
*Natus eſt puellus.*

Sum quod eram, nec eram, quod ſum, nunc dicor vtrũque.

Eſa. 7. Math. 1. Luc. 2. Gen. 3.

2.

Narratio hiſtoriæ incarnat. Chriſti.

*Enixa eſt lectiſsimum*
*Hac die puellum*

*Virgo*

VIRGO decens, mortalium
In leuamen vnum.
Ni natus hic, omnes trucis
Eſſemus eſca Dæmonis,
Omnium piorum
Eſt ſalus, & gaudium:
CHRISTE dulcis, à ſtyge
Quæſo nos defende.

1. Hiſtoria
2. Beneficia.
εὐχή.

3.

Suo penetrat vt vitrum
Sol nitore purum.
Nec lædit illud lumine,
Sic credendo diſce:
Quod eſt pari modo ſatus
DEI potentis FILIVS
Nixibus puellæ.
Vagit in præſepio,
Obq́; nos habet ſua
Flagra, mille damna.

3. Quomodo virgo genuerit.
VIRGO
Antè partũ
In partu.
Poſt partũ.

4.

Gregis Magiſtris gaudium
Nunciatur magnum.
Canunt ouantes Angeli
CHRISTE, te ſublimi:
Regem nouum regnantium,
Regi moleſtum nuncium:
Satrapas ablegat:
Quot dolos excogitat
Contra IESVM: paruulos
Enecat miſellos.

Quomodò & quibus hic Puer manifeſtatus.
Matth. 2.
Iere. 31. 32.

# Ode 10. Dicolos, tetraſtrophos, Iambicis dimetris acatalecticis tribus, & vno trochaico dimetro, catalectico.

LVTHER.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄
– ∪ – ∪̄ | – ∪ ∪̄

Gratiarum actio ad Ieſum Chriſtum, quod habitantibus in vmbra mortis apparuit, & HOMO naſci dignatus eſt.

Gelobet ſeiſtu Jeſu Chriſt. &c.

1.

*IESV, tibi laus, quod ſatus*
*Virginis puellulus*
*Ex ventre: grex cæleſtium*
*Hoc pſallit ore gaudium. Kyr.*

2.

Gen. 3. 12. *Proles Tonantis vnica*
Eſaiæ 7. 9. *Vagit in præſepio,*
Luc. 2. *Aſſumit artus & DEVS*
*Mortalium tenerrimos: Kyr.*

3.

Gen. 3. *Quem non prehendit machina*
Eſa. 7. *Orbis, en fouet pia*
Ioh. 1. *VIRGO: ſatusq́ paruulus,*
*Qui cuncta ſeruat vnicus: Kyr.*

4. Æterna

4.

*AEterna lux nunc emicat,* O admirabile commercium.
*Ethnicos illuminat*
*Sub nocte, nosq́; FILIOS* Eſaiæ 9.
*Lucis facit dulciſsimos: Ky.* Ioh. 1.

5.

*NATVS DEI PATRIS nouus*
*Hoſpes his in vallibus:* Rom. 8.
*Nos liberans periculis* Gal. 4.
*Celi reponit gaudijs: Kyr.*

6.

*Egenus in mundum venit,*
*Nos vt exigat, venit:* Zach. 9.
*Diteſcat in cali plagis,*
*Suis adaquet angelis: Kyr.*

7.

*Nobis id omne praſtitit,*
*Vim fauoris vt notet:* Ioh. 3.
*Latetur hinc omnis pius,* Epheſ. 2.
*Et ornet ipſum laudibus: Kyr.*

## Ode 11. Monocolos Vt prima.

Lutherus.

– – ∪ – | – – ∪ –

De Ieſu infantulo, ſaluatore mundi & nuncio angelico.

Von Himel hoch da kom &c.

 2. Cald

1.

Lucæ 2. Hiſtoria incarnationis

CAEli plagas tranans noua
Annuncio vobis bona:
Vobis fero tot gaudia,
Sit fas profari ſingula.

2.

Lucæ 2.

Eſt hoc die VOBIS ſatus
Caſta puella paruulus:
Scitus puellus, omnium
1. Veſtrum leuamen, gaudium.

3.

2. Eſt CHRISTVS hic, noſter DEVS,
3. Ducens malis ex omnibus:
4. Veſter Redemtor vnicus,
Vos abluens à lapſibus.

4.

5. Omnem ſalutem fert, bonus
Vobis parauit quam DEVS:
Viuendo nobiſcum ſacra
Cæli petatis culmina.

5.

Signa quibus Meſsias incarnatus deprehenditur.

Notate ſigna, diſcite,
Præſepe, linteum leue:
Illis reclinat paruulus,
Totius orbis REX, Deus.

6. Quemus

6.
*Ouemus inde ſinguli*
*Paſtoribusq; cum citi*
*Donum requiramus datum,*
*Summi* Parentis FILIVM

Quid Deo pro exhibito Meſsia debeamus.
1. abire & inquirere infantulũ.

7.

*Attende, cerne, mens mea,*
*Quem nàm fouent præſepia?*
*Quis nàm puer tam bellulus?*
*Eſt* IESVLVS *dulciſsimus.*

2. Credere.

8.

*O hoſpitem lectiſsimum*
*Non deſpicis qui perditum,*
*Et me miſellum viſitas*
*Agam tibi quas gratias?*

3. Gratũ eſſe

9.
*Rerum Creator ô DEVS,*
*Cur factus es tam paruulus?*
*Fæno iaces quod arido,*
*Sueto ferarum pabulo.*

4. Prædicare hunc paruulum.

10.
*Mundus licet ſit maximus,*
*Gemmis & auro fulgidus,*
*Minor tamen, quàm, paruulum,*
*Cunas tibi det, lectulum.*

5. non offendi paupertate Christi, ſed potius admirari.

11.
*Eſt ſericum, ſindon tua,*

*Fœnum, leuiſq; faſcia.*
*Quibus tumes, Rex maximes*
*Arces vt eſſent regia.*

12.

Cauſę paupertatis Christi.

*Hoc verò ſic placet tibi,*
*Vt indices verum mihi,*
*Quod tu, bono., mundi bona*
*Nil antè te ſint omnia.*

13.

*Ah quaſo, mi IESV, tuum*
*Tibi parans nunc lectulum,*
*Meo quieſcas corculo,*
*Tui memor ſim ſedulò.*

14.

Effectus.

*Sim ſemper hinc lætiſſimus,*
*Pſallam, canam tibi pius*
*Pæana iucundiſſimum,*
*Nouum melosq; cœlitum.*

15.

*Summo Parenti laus, ſuum*
*Nobis dedit qui* FILIVM,
*Lætantur omnes Angeli,*
*Felicis anni nuncij: Amen.*

Lutherus.

## Ode 12. Monocolos, Vt præcedens.

– – ∪ – | – – ∪ –

Ex eodem nuncio Angelorum, ſed breuior, & ſuccinctior.

Von Himel kam der Engel. &c.

1.

*CAEleſtis apparet chorus,* Hiſtoria
*Annunciat paſtoribus* reuelatio-
*Infantulum, nunc aſpero* nis.
*Reconditum præſepio.* Signa.

2.

*Bethles in Vrbe paruula,* Locus.
*Michæ monent Vt dogmata:* Nomina
*IESVS ille CHRISTVS eſt.* & officia,
*Mortalium SALVATOR eſt.* infantuli.

3.

*Hinc eſte læti, maximo* 1. Effectus in
*Vnimini rurſus DEO:* 2. carnatio-
*Hic Veſtra factus eſt Caro,* 3. nis Chriſti.
*Qui regnat absq; termino.*

4.

*Vobis quid obſit mors, ſcelus?* 4. Emanuel.
*Vobis adeſt Verus DEVS:* Eſa. 7.
*Sathan fremant & Tartarus,* Math. 1.
*Veſter comes DEO ſatus.* Rom. 8.

5.

*Vos ille nunquam deſerit,* Defenſio
*Huic Veſtra mens infixa ſit:* piorum &c.

inten-

Math. 18. *Intentet arma, qui volet,*
*Pugnet, cui pax diſplicet.*

6.

Victoria ſeu triũphus. „ *Vincetis iſto vindice,*
„ *Eſtis DEI ſtirps hoc duce:*
„ *Grates DEO, ô dicite,*
„ *Mites, alacres viuite.*

## Ode 13. Monocolos Vt prima.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄

Circumciſio Chriſti CAL. Ianuarii, & de nomine pueri IESV. Iuxta melod. Von Himel hoch.

1.

Circũciſio Chriſti. Lucæ 2. Gen. 17. Abraham, Iſaac typi.

*HAEc eſt dies, qua FILIVS*
*DEI, Mariæq; virginis,*
*Partem viri DEO Patre*
*Ipſo putatur auſpice.*

2.

Chriſtus puer IESVS vocatur. Math. 1. Luce. 1.

*Hac eſt dies, qua paruulus*
*IESVS vocatur, angelus*
*Vt dixerat, prius ſua*
*Quam matris eſſet corpore.*

3.

Grat. actio Gal. 4.

*O Chriſte, laus tibi, ſacra*
*Quod nos cruoris guttulæ*

Tu

Tui tuam plebem iugo ‹‹
Exoluis VNVS horrido. ‹‹

4.

O Chriſte, laus tibi, meus
Es vnicus quod IESVLVS
In omnibus vita malis,
Hora ſub ipſius necis.

Chriſtus noſter Ieſus. Vide Luth. ſuper verba, & vocatum eſt nomen. &c.

5.

IESV puer, te Ieſulum
Vnum colam, ſciam meum,
In morte, vita, me rege,
Seruaq;, Sancte IESVLE.

Votum omnium piorum.

## Ode 14. Monocolos, Vt præcedens.

Grates nunc omnes. &c.

Grati: actio ad Chriſtum pro ſalutifer: incarnatione.

1.

CHRISTO, coæterno DEO,
CHRISTO, nouo puellulo,
Quas poſſumus, nunc debitas
Omnes canamus gratias.

Math. 1.
Ioh. 1.
Lucæ 2.

2.

Ortu miſello nos ſuo
Hic liberauit inclyto.
A Dæmonis Tyrannide
Ab inferorum carcere

Lucæ 2.
Vide concionē Angeli.
Lut. Das hat alſo. &c.
Ioh 1. 3.
Ioh. 3. Gal. 4. Mic. 5.
Gen. 3.

3.

Math. 1. 2. *Ortu ſuo nos regio*
Lucæ 1. 2. *Placauit hic Patri ſuo;*
Ioh. 1. Gal. 4 *Et rurſus Vnus patria*
Zach. 9. *Nobis recluſit culmina.*
Rom. 8.

4.

*Huic oportet ſingulos*
Lucę 2. *Vt cum beatis Angelis*
*Sacrum canamus canticum,*
*Melos canamus cælitum.*

5.

Canticum Angelorũ. Vide plura in Chriſtianiſmo.

*Sit Vera laus, ſit gloria* "
*Cœli regenti ſidera:* "
*Sit* PAX *in orbe, gaudium* "
*Deiq́,* NOSTRVM *gaudium.* "

## Ode 15. Monocolos Iambicis dimetris catalecticis.

– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Grates nunc omnes. &c.

1.

1. Quis celebrandus. Prop. Quid.

*CHRISTO, nouo puello,*
*REGI, Deoq́, noſtro,*
*Canamus ore dignas*
*Grato, pioq́, grates.*

2.

Ortu ſuo miſellos
Nos liberauit omnes
A vi trucis Draconis,
A mortis atq; vinclis.

3.

Huc oportet omnes
Vt mente, voce voces
Cœleſtium ſecuti
Melos canamus vni.

4.

" Sit laus Deo potenti,
" Sit pax in orbe, ſummi
" Sit & DEI voluntas
" Mortalium voluntas.

# Ode 16. Monocolos Vt prima.

- - v - | - - v v̄

Precatiuncula pro felicis noui anni auſpicio.

Das alte Jar vergangen iſt.

1.

ELapſus annus eſt vetus,
Grates, IESV, dicimus
Tibi, quod inter maxima
Seruas tot annos nos mala.

2. Et

Confir.

Cauſa impulſiua. 1.

2.

Cur ſeu finis. 3.

4.

MELOS angelicum. Lucæ 2.

Enarrationem huius cãtici vide, in homiliis Luth. Phil. Matheſii & aliorum.

Preces veteris Ecl. pro bono noui anni auſpicio.

1. Gratiarũ actio.

2.

*Et quæſumus te* FILIVM.
*Summi Parentis Vnicum,*
*In poſterum clemens tuam*
*Cuſtodias* Eccleſiam.

Chriſtus paruulus e- xul pro nobis factus.

## Ode 17. Monocolos Iambicis dimetris acatal.

Vt præcedens.

Math. 2.

De exilio et fuga CHRISTI in AEgyptum.

Iuxta melod. Von Himel hoch.

1.

Cauſas hu- ius exilii recenſent Ierem. 14. Pſal. 69 Luc. 9. Ioh. 18.

Cauſa im- pulſ. 1. Quis. 2. Quid.

*Magis profectis cælicus*
*Somnis en ecce nuncius,*
*Aſtans Ioſeph, talibus*
*Compellat ipſum vocibus.*

2.

NARR. Manda. Angeli. πρ̃οτ.

*Mox ſurge, mox tenellulum*
*Cum matre ſume paruulum,*
*Memphitiden petens, ibi,*
*Donec tibi dicam, mane.*

3.

κατασκε- υή.

*Hoſtis propinquat impius,*
*Propinquat occultans dolos,*
*Quærit necare paruulum,*
*Totius orbis* IESVLVM.

4. Iſ

4.

*Is excitatus illico* — Conſeq. 1.
*Cum matre, cum puellulo,*
*Parens monitus, hoſpes nouus,*
*Oras petit Nili nouas*

5.

*Illic manet cum Virgine,* — 2.
*Et paruulo, donec nece*
*Hoſtis nefaria perit,*
*Qui paruulo necem ſtruit.*

6.

*Impleta ſic prædictio* — Cur hoc factum ſit. Oſeæ 11.
*Vatis, locuti talia:*
*AEgyptia terra meum,*
*Meum vocaui FILIVM.*

7

PRECES.

*IESV Puer, qui paruulus*
*AEgyptijs in finibus*
*Es factus exul, exulem*
*Ob me miſellum, debilem:*

7.

*Ab exilio quò me ſtygis,* " Cauſa finalis.
*Et Tartari reduceres* "
*Ad ſempiterna gaudia,* "
*Sit laus tibi, ſit gloria,* "

9.

Effect.
1. EXILIVM Chriſti piorum ſedes.
2. Spes & vna conſolatio.

*Sit hoc ô exilium tuum*
*SEDES, leuamen & meum,*
*In morte, cunctis in malis,*
*In omnibus periculis.*

10.

3. Fortitudo vnica & refugium.

*Et exulantis nunc tuæ*
*Hoſtes premas Eccleſiæ,*
*Horum furores & dolos*
*Confunde, contundas DEVS,*

11.

Aliæ præcatiunculæ Pſal. 39. 90.

*Et cum miſella, lubrica*
*Sit orbis huius manſio,*
*Ab huius exilio tuam*
*Me transferas in patriam.*

12.

Cauſa finalis,

*Sic exulis tui bona,*
*Tunc exuli mihi præſtita,*
*Veris vebam præconijs,*
*Et ſempiternis laudibus.*

εὐθανασία: vera

## Ode 18. Monocolos carmine anapæſtico dimetro catalectico.

– – ∪ ∪ – | ∪ ∪ – –

κύκνειον ᾆσμα Simeonis.

Canticum Simeonis, Nunc dimitte ſeruum tuum Domine, &c.

Iuxta

Iuxta melod. Iam mœſta, &c.

1.

*Nunc conditor optime rerum* Tempus
*Placidè dimitte miniſtrum* Gen. 49.
*In pace tuum velut ipſe.* Dan. 9.
*Es pollicitus mihi VERBO.* Dan. 9.

2.

*Ductu quia Numinis alti.* Gen. 12. 22.
*PVERVM nunc lumine vidi,*
*Eſt qui mihi cauſa ſalutis,* Gen. 49.
*Qui me locat vnus in aſtris.* Spes gentiū expectatio, &c.

3.

*Hunc conſpicuum, Deus orbi* Vide Luth. in ſuis homilijs ſuper hoc Euang.
*Cunctis populisq́; paraſti:*
*Hunc pectore, mentè fideli*
*Vis noſſe, ſimulq́; vereri.*

4.

Lumen ad reuelatione gentium.
*Lumen, ſuper orbe quod omnes.*
*Illuminet illicò gentes,* Eſaiæ 60.
*Et gloria ſplendida plebis* Gloria plebis Iſrael.
*Propria, ſuper arce Sionis.*

5.

*Genitori gloria ſummo.* "
*Sit honos, ſit gloria NATO,* "
*Laus ſpirituiq́; ſacrato,* "
*Et nunc, & in omnia ſecla.* "

# Ode 19. Monocolos
## Vt prima.

Infantici-dium. Infanticidium h. e. Tyrannis Herodis in miſeros & innocentes pueros.

Iuxta melod. S. Paulus die &c.

I.

Hiſtoria. Matth. 2. HERODES hoſtis &c. Cauſa impulſ. 1. Modus 2.

VT ſentit hoſtis impius
Deceptus eſt quod à Magis,
Sævit, furit, ira percitus,
Mittitq; ſatrapas ſuos.

2.

Factum. 8. 8.

Bimos trucidant parvulos
Bethles in oris ſingulos,
His & minores: tempus is
Cognorat hoc vt ex Magis.

Cur.

3.

Sacræ ſcript. impletio. Ierem. 31. 32.

Sic HELCIAE nati ſacra
Impleta ſunt oracula:
" Vox plena mœroris ſonat.
" In monte Rhama vox ſonat:

Vbi.

4.

RAHEL.

" Triſtis Rahel triſtiſſima
" Plangit ſeruorum funera:
" Admittit haud ſolatium,
" Natum videt dum perditum:

Saluete

5.

*Saluete MANES ô pij,* Apoſtrophe ad ipſos

*Vereq́, CHRISTIANVLI.* infant. Chriſtianulos.

*O quanta res CHRISTO DEO*

*Hac ſancta veſtra funera?*

6.

*Da CHRISTE, parue, paruulos* Preces.

*Vt hosce CHRISTIANVLOS* 1.

*Nos CHRISTIANO pectore*

*Sequamur omni tempore.*

7.

*Da, CHRISTE, tanta funera* 2.

*Vt aſtimemus maximo,*

*Da geſtiamus nos quoq́* 3.

*Noſtra celebrare te vece.*

8.

*Sic CHRISTIANI nomine* „ Effe-

*Dignaberis nos & benè:* „ ctus.

*Sic cumq́, CHRISTIANVLIS* „

*Viuemus his tecum tuis.* „

*Amen.*

## Ode 20. Monocolos carm. Iambico monometro hypercatalectico, dimetrisq́ brachycatalecticis duobus, acatalectico vno, hypercatalecticis duobus: Trimetris catalecticis duobus, acatalecticis itidem duobus, hypercatalectico vno, Tetrametris acatalect. duobus & vno compoſito, qui conſtat Trochaico dimetro. acatalectico, & Iambica hephthymimore.

Eſaiæ 9.

I—nfans: age nobi—S
S—atus e tribu DAVI—D
L—eto ſub hoc di—E
E—t FILIVS ſatus DE—O
C—unctis datus nobis, perenn—E
X—enium: ſuis HVMERISQV Egeſta—T
E—ximia ſceptra: maximum PVELL—I
N—omen, ſacrum MORTALIBVSQVE NOME—N
I—S unus ADMIRABILIS. CONSVLTOR E—T
A—VGVSTVS, & FORTIS, PACIS PRINCEPS noua—E
C—nſtantis & SECVLI Parens: huiuſce ſempe—R
R—EGNVMQVE. PAeXQVE ſit DAVIDIS throno ſuper—R
O—mni iudicio roboratum, IVSTITIAQVE ſalic—A
L—ate regens AVTOR doni: Cui ſit GLORIA SVMMA—PAX
G—AVDIVMQVE MITE terris: HOMINIBVS BONA VOLVNTA—S

Chelijs Angelica.

# Liber Secundus.

# CHRISTVS MANIFE-ſtatus.

*Haggæi 2.*

Nolite timere, quia hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam, Et mouebo omnes gentes. Et veniet DESIDERATVS cunctis gentibus. Et implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum.

## Ode 1. Monocolos Iamb. dimetris acat.

– – ∪ – | – – ∪ –

De ſignis Meſsiæ manifeſtati in Carne ex veteri teſtamento, Moſe & Prophetis.

Iuxta melod. Veni redemtor, &c.

1.

*PRomiſſus olim Patribus*
Zach. 9. *Adeſt, propinquat Rex tuus,*
Eſa. 62. *Lætare* SION *filia,*
*Vrbs plaude ô Deo ſacro.*

2.

Exo. 17. *Magnus Propheta, quem pij*
Deut. 18. *Reges Prophetæ plurimi*
Luc. 10. *Deſiderarunt vnicè,*
*Adeſt, eum cognoſcite.*

3.

Zach. 9. *Rex* IVSTVS, *& pauper venit.*
*Saluator omnium venit:*
*Vinctos reducens è lacu,*
*Sperantium munitio.*

4.

Eſa. 40. *Præcurſor huic viam parat,*
*Adeſſe* CHRISTVM *clamitat:*
Malach. 3. *Illo ſuper* DEI *Patris*
Eſa 61. *Sacer quieſcet Spiritus.*

*Cæcis*

5.

*Cæcis dat ecce munera*
*Lucis, ferunt veſtigia* Eſa. 35.
*Claudosq́; lepra corpora* Matth. 11.
*Mundantur immundis ſua.*

6.

*Audire ſurdis redditur,*
*Deſunctus aura veſcitur.*
*Et pauperes lætiſſimum* Eſa. 11.
*Audire certant nuntium.*

7.

*Ductat Leoni parvulus*
*Armenta iuncta: nunc lupus* APOSTO-
*Oues & vna manſitant,* LI.
*Vrſiq; cum vaccis cubant.*

8.

Radix *Ieſſa germinat,* „
*Gens omnis illam quæritat:* “
*Spes gentibus firmiſſima* “
*Ponetur hac in vnica.* “

9.

*En delet hoc die* DEVS Mal. 3.
*Idola cuncta ſunditus,*
*Concedit ille nec ſuam* Eſa. 42.
*Dijs profanis gloriam.*

10.

IESV, *tibi ſit gloria*
*Cum Patre, cum ſtatu ſacro,* Me puer Hebræus co-
*Nobis ades quod Rex nouus* git ſacra linquere
*Promiſſus olim patribus.* tecta:
Euſeb. lib. 5. de præ-
par. Euang.

## Ode 2. Dicolos enneaſtrophos, Carm. Iambicis dimetris, acatal. quatuor, & catalecticis quinq;: vltima n. ſtropha repetit catalecticum.

– – v – | – – v –
– – v – | v – v

De Tyrocinio, baptiſmo, & initio prædicationis Chriſti.

Iuxta melod. Chriſt vnſer Herr/ &c.

Anno Chriſti 12. Tyrocinium pueri IESV 12. annorum. Luc. 2.

1. Iter Chriſti pueri verſus Hieroſolymam.

Pietas.

* Dominica 1. poſt Epiphan.

1.

*ANnos duos adiecerat
Ad bina luſtra IESVS.
Vt paſcha ſacrum viſitat
Suæ comes parentis.
Mox ſe profeſſis dogmata
DEI puellus addit:
Hos audit, horum pectora
Docet, rogando vincit:
Miratur omnis illum.

IESVS amiſſus.

Obedientia.

2.

At mater ipſa cum ſene
Quærunt eum dolentes,
Non abſq; gnatum numine
Manſiſſe neſcientes.
Inuentus hic domum redit,
Obediensq; dictis,
Ambobus hic ſe ſubijcit:
Sic mente creſcit, annis:
Et gratia ſuperna.

Huic

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0060-4

3.

Hinc à Iohanne poſtulat
    Se vate baptiſari.
Vox PATRIS è cælo ſonat,
    Vult FILIVM foueri.
Hunc audiant omnes iubet:
    Plebs vniuerſa flatum
Inſtar columbæ mox videt
    Chriſto ſuper ſacratum,
    A Patris arce miſſum.

Anno Chriſti 30. Tiberij 15. Pilati 3.
Baptiſmus Chriſti.
Matth. 3.
Marc. 1. Vox patris
Luc. 3. è cœlo.

Baptiſator Chriſtus in feſto expiationis, decima die menſis Thiſri, h. e. die 15. Sept.

4.

In ſola tunc actus loca
* A ſpiritu Redemtor,
Tentatur hic à Dæmone.
    Euadit atq; victo.
Verbi potente vi DEI
    Fugat, propellit hoſtem:
En PATRIS aſſunt Angeli,
    Seruant ſuumq; Regem:
    Inſeruiunt & illi.

Tentatio Chriſti.
Initium prædicationis Chriſti.
Matth. 4.
Marci 1. * Dominica
Luc. 4. Quadrag.
Deut. 8.
* Dominica 4. Aduentus.

5.

Vox inde clamantis viam
* Captat parare CHRISTO.
En agnus (inquit) noxiam
    Mundi ferens luendo.
Apoſtolos ſibi legit
* In nuptijsq; ſacras
Tori faces dum diligit,
    In vina vertit undas?
    Firmans fidem ſuorum.

Teſtimonium Ioannis de Chriſto. Vox clamantis in deſerto.
Matth. 3.
Ioæ. 1.
Ioh. 2.
Aqua in uinum.
* Dominica 2. poſt Epiph.

1. Miraculum Chriſti, tertio die poſt vocationē Philippi in Galilæa editum.

6.

IESV,

*IESV, puelle, numine,*
*Noſtros regas puellos,*
*Vt te ſequentes vnicè*
*Colant DEVM, parentes.*
*Sit noſtra baptiſmus tuus*
*Spes, ſit tuus triumphus*
*Hic noſtra vita, quin aquas*
*In vina verte noſtras,*
*Potes quod vnus, amen.*

Annus 29. Iubilæus finit, & incipit æternus Iubilæus cum prædicatione CHRISTI, ad quem Iohannes Baptiſta menſe ſeptimo præcedentis anni 29. iubilæum buccina ſua cecinit.

## Ode 3. Dicolos heptaſtrophos, carmine Iambico acatalectico & catalectico alternatim currens, niſi quod ſexta ſtropha repetit acatalecticum.

– – ∪ – | – – ∪ –
– – ∪ – | ∪ – ∪̲

De concionibus & miraculis à Chriſto habitis & editis primo anno prædicationis ſuæ.

Iuxta melod. Es iſt das heil/ etc.

1.

Ioh. 2.

*DEſcendit hinc CHRISTVS ſuá*
*Cum matre ciuitatem.*
*Dum commoratur hic, ſacrum*
*Paſcha propinquat: vrbem*
*Sanctam petit, mox eiicit,*
*Queis cura fœdandi fuit*
*Domum ſacram profanis.*

paſca primũ ab initio prædicationis Chriſti.

Hag. 2.

Vendentes & ementes è templo eiecti.

*Multi*

2.

*Multi videntes ipſius*
*Stupenda ſigna credunt.*
*Viam* DEI *quod* FILIVS
* *Lapſis, vt aſtra ſcandant,*
*Sancto renati flamine*
*Vndaq; monſtrat vnicè,*
*Legis docet peritum.*

Ioh. 3.

(In templo *Dominica
Hieroſoly- ca Trini-
mitano.) tatis.
1. Concio Hieroſoly-
Chriſti de mis hæc
regenera- facta ſunt.
tione.

3.

*Tunc ænei docet typum*
*Serpentis, atq; mundum*
* *Amet* PARENS *quod ſic, ſuum*
*Natum det huic ſacratum,*
*Qui credit omnis vt necis*
*Non ſentiat vim, ſed Patris*
*Intret beata regna.*

* Feria 2. pentec.
AEneus ſerpens.
Iohan. 3.
" Ineffabilis amor
" Dei cauſa noſtræ
" ſalutis.
"
"

4.

*Baptizat inde cum ſuis*
*Nondum Iohanne capto,*
*Sub mœnibusq; Sichimis*
*De fonte multa vero*
*Monendo fœminam docet,*
*Cuius ſalubris recreet*
*Liquor granata corda.*

Concio de aqua vitæ
in Samaria.
Iohan. 3.
Ioh. 4.
Mulier & ciues in Sy-
char ad penitentiam
adducuntur.

5.

*In patria dehinc docet*
*Acceptus haud Propheta.*

Lucæ. 6. Marci 15. 6. De peccato.

21.

*Non eſt Medicus valentibus,* " — Matt. 9.
*Morbo ſed oppreſſis, opus:* "
*Requiro miſericordiam,* " — Oſeæ 6.
*(Hoc diſcito) non victimam.* "

22.

*Vt paſtor agnam quærito* — Lucæ. 15.
*Lapſos, ſuum quibus modò* — Matt. 11.
*Nefas dolet, quibus ſua* — Lucæ. 18.
*In noſtra FIDES eſt vulnera.* — 7. De regnatione, & de libero arbitrio.

23.

*Satus è ſupernis cœlica*

Poteſt

*Poteſt videre gaudia:*
*Non ex aqua vel ſpiritu*
Iohan. 3. *Natum, videt non talia.*

24.

8. De iuſtificatione hominis corã DEO.
Iohan. 17.
" *Hac vera VITA, te DEVM*
" *Verum ſciant, ſciant tuum*
" *Et FILIVM, quem mittere*
" *Dignatus es alto ſidere.*

25.

Iohan. 3.
" *Sic diligit mundum DEVS.*
" *Vt donet huic malum, pius*
" *Vt viuat omnis, & ſtygis*
*Mergatur ſacris haud aquis.*

26.

Matth. 11.
*Sano grauatos crimine*
Matt. 20.
*Ad me lubet quos pergere:*
" *Animamq;, do pro pluribus*
" *Redemtionem ſontibus*

27.

Matt. 9. *Confide, FILI, nam tua*
Marc. 9. *Remiſſa ſunt tibi crimina:*
Luc. 9. " *Venite, ô, mortalibus*
Luc. 14. " *Parata cœna ſingulis.*

28.

Iohan. 4. 5. *Ad me, ſitit ſi quem, bono*

*Pergat,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0114-4

*Pergat gemire pectore:*
*De ventre nam manant meo*
*Viuacis vnda flumina.* Eſaię 11.

29.

*Sic veſtra coràm ſingulis* 9. De bonis
*Lux luceat mortalibus* operibus.
*Veſtrum videant opus bonum,* Matt. 5.
*Patremq́ glorificent meum.*

30.

*Mundi beati pectore,* Mat. 5. 6. 7.
*DEVM videbunt vnicè:*
*Externa ſanctimonia*
*Nihil valet coràm DEO.*

31.

*Multum remitto fœminæ* Luc. 7.
*Dilexit hæc multum quia:* Ioh. 13. 14.
*Vos diligatis mutuè.*
*Eſtisq́ de regno meo.*

32.

*Tuos inimicos dilige,*
*Te deuouentibus benè* Mat. 5. 7. 12.
*Precare: facit fructus bona* Lucæ 6.
*Arbor bonos, malos mala.*

33.

*In turbido mari pia* 10. De Ec-
clesia.

Matt. 8. 10.
Iohan. 16.

Calamitates.

*Vt nauis eſt* ECCLESIA:
" *Mærore plena, lacrymis,*
" *Ploratibusq́; plurimis.*

34.

" *At mæror huic in gaudium*
" *Vertetur, & ſolatium.*

Conſolationes. Iohan. 10.

*Oues meas nunquam mea*
*Quiſquã rapiet de dextera.*

35.

Eccleſia PETRA. Matt. 16.

*Eſt petra, ſupra quã meã*
*Pono locans* Eccleſiam:
*Aduerſus hanc Orci lacus*
*Non præualebit luridus.*

Poteſtas clauium. Mat. 18. Ioh. 20.

36.

*Regni tibi claues* PATRIS
*Do, quæ ligas terris in his,*
*Quæ ſoluis & ſunt in thrõo*
*Ligata, ſoluta patrio.*

OVES CHRISTI Iohan. 10. Math. 7.

37.

*Oues meæ vocem meam*
*Seruant ſciunt & vnicam:*
*Cauent & à diris ſibi*
*Pſeudophophetis tempori.*

11. De baptiſmo.

38.

Matt. 28. Marc. 16. Iohan. 3.

" *Gẽtes docete, quod ob ſcelus*
" *Damnantur. aſt in me pius*
" *Qui credit, atq́; lotus eſt.*
" *Saluus fit, & renatus eſt.*

39. *Quæ*

39.

Qua ſancio panem, merum
Comeſte, bibite: nam meum
Corpus comeſtis, & meum
Bibitis ſacratum ſanguinem.

12. De Cœna Domini.
Matt. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

40.

Sumatis hac in omnium:
Remiſſionem criminum:
Et ſic, venıam donec, mea
Annuncietis vulnera.

Matth. 26.
1.
2.

41.

Tempus venit, reſipiſcite.
Meaq; voci credite:
Regnum propinquauit DEI.
Eſt tempus, eſt, ô dicite.

13. De pœnitentia.
Matth. 4.
Marc. 1.

42.

Eſto benignus ô mihi
Lapſo, DEVS: Pater bone
Sum dignus haud ego, nunc tuus
Dicar, vocerq; FILIVS.

Lucæ. 18.
Lucæ. 15.

43.

Confide, FILI, ſunt tua
Tibi remiſſa crimina:
Neceſſe ſic CHRISTVM pati,
Terna dieq; ſurgere.

Matth. 9.
Marc. 2.
Lucæ. 24.

44.

Sic vera pœnitentia.

" *Et criminum remiſſio,*
" *Per nomen eius omnibus*
" *Annunciantur gentibus.*

45.

**Qui nam electi.**

14. De prædeſtinatione.
Matt. 22.
Iohan. 6.

*Multos vocauit optimus,*
*Paucos at elegit, DEVS,:*
" *CVI FIDES in FILIVM,*
" *Viuit manet omne ſeculū,*

46.

15. De reſurrectione mortuorū.
Iohan. 5.
Matth. 22.

*Vocemq; FILII DEI*
*Mox audient boni, mali:*
" *Viuent reſurgentes boni,*
" *Omnes peribunt impij.*

47.

16. De immortalitate animæ.
Matth. 10.
Lucæ. 23.

*Corpus queunt occidere,*
*Sed nō animā: quin hoc die*
*Mecum tenebis inclyta*
*MEI parentis ſidera.*

48.

17. De extremo iudicio.
Luc. 21.
Matth. 25.

*Tunc me videbunt nubibus*
*Cinctum beatis angelis,*
*Venire cum potentia,*
*Cum maximaq; gloria.*

49.

Mat. 24. 25.
Benedicti patris pij.

" *Venite noſtri culminis*
" *Vos ô benedicti, ô Patris*
" *Tenete meos palatium,*

*Vobis*

50.

*Vos, ô ſiniſtri, cedite,* Maledicti-
*Procul maledicti cedite,* ōnes impij.
*Ignes in, & Regni ſtygis,*
*Eiusq́ paratos angelus.*

51.

*Vitam meis, meis ſua* 18. De vita
*Do ſempiterna gaudia,* æterna.
*Eruntq́ ſicut Angeli* Ioha. 10.
*DEI, throno Patris in mei.*

Matt. 22.

52.

*Quicquid petetis nomine* 19. De vera
*Dabit Patrem Vobis meo:* inuocatiōe
*Pulſantibus patent fores,* Iohan 14.
*Quærentibus quæſita res.* Luc. 11.

53.

*Quod eſt ſuum, date Cæſari,* 20. De Ma-
*Detis DEO, quod eſt DEI:* giſtratu.
*Peſtem Velut triſtiſſimam* Matth. 22.
*Vitate corde ſcandala.* 21. De ſcan-
dalo.

54.

*Manus, pedes abſcindite,* Matth. 18.
*Obſtaculo ſi ſunt, mea*
*Si Vultis ingredi ſacra*
*Sedis, poliq́ culmina.* Lucæ. 7.

55.

22. De Cõ- *Homo Parentes deſerit,*
iugio. *Compar ſuumq́ diligit:*
Matth. 19. *Non ſunt duo, ſunt vnum,* DEVS
*Hos iunxit ipſe maximus.*

56.

Matt. 5. *Non vis, poteſtas omnium*
Mar. 10. *Hoc ſeparet mortalium?*
Lucæ. 16. *Diuina vis hos copulat,*
*Hos nil niſi ſtuprum ſeparat.*

57.

23. De tra- *Hypocritarum tradita,*
ditionibus *Dum vana, mera ſomnia,*
humanis. *Vitate caſto pectore,*
Matt. 7. 16. *DEO magisq́ credite.*

58.

Marci 7. 8. *Non, os quod intrat, inquinat,*
*Quod exit, hoc contaminat:*
*Felix, fugit qui noxia*
*Hypocritarum tradita.*

59.

Concl. *Hæc dicis ipſe, qui Patris*
Iohan. 1. *Es ſplendor, es Verbum Patris:*
Hebre. 1. *Qui Veritas es, & Via,*
Ioha. 11. 13. *Qui neſciusq́ fallere.*

60. *Rogas*

*Regas tuo me numine,*
*Vt iſta ſimplici fide,*
*Fido, bonoq́ pectore*
*Diſcam, queamq́ credere.*

61.

*Animam tibi tradens meam*
*In his fac ô obdormiam,*
*In his fac in vita, nece,*
*Poßim pius acquieſcere.*

62.

*Intrabo ſic tandem tua*
*Lætus, bonusq́ gaudia,*
*In teq́ vivam, qui mea*
*Es vita, manes in ſecula.*

## Ode 18. Monocolos, Iambicis dimetris, catalect. vt 16.

– – ∪ ⁝ – | ∪ – ∪̄

Hiſtoria vitæ CHRISTI miraculis plena.

Iuxta melod O lamb Gottes &c.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 1. |
| Miracula Christi. | | | Miraculisq́ plena |
| | Fines miraculorum Christi. | | Eſt tota vita Christi |
| | | 1. | His firmat ipſe iuſſa |
| | | | Sinu Patris ſupremi |
| | | 2. | Quæ protulit, his & eſſe |
| | | | Monet, docetq́ ſeſe |
| | | | DEVM, Deiq́ gnatum. |
| | | | 2. |
| Baptiſmus ad Iordanẽ | Anno 30. ætatis ſuæ poſt baptiſmum. | | Ergò notatus agnus |
| | | | DEI, digito Ioannis: |
| | | Iohan. 4. | In nuptijs benignus |
| Mirac. ædita 1. Anno prędicationis. 14. | 1. Aqua in Vinum. | | In vina vertis vndas. |
| | 2. Filio Reguli ſanato | | Poſt Reguli moribundum |
| | | | Abſens, bonusq́ gnati |
| | | | Sanat, leuatq́ VERBO. |
| | | | 3. |
| Anno ætatis 31. | | Matt. 8. | Leproſus inde ſanus |
| | Leproſus | | Fit hoc volente ſolo. |
| | ſeruus cẽturionis ſanatus. | | Seruusq́ Centurionis |
| | | | Huic mente, corde fido |
| | | Matt. 8. | Fidentis: inde VERBO |
| | Dæmoniacus ſanatus. | Lucæ. 4. | Pellit, propulſat vno |
| | | | Regem ſtygis minacem. |
| | | | 4. |
| | Petri ſocrus. | Lucæ. 4. | Socrus PETRI deinde |
| | Piſcium captura. | | Eius manu leuatur |
| | | Lucæ. 5. | Nauem repletq́ piſce. |

Fre-

| | | |
|---|---|---|
| *Fretumq; mitigatur* | | |
| *Ipſius ore, cedunt* | Matth. 8. | Tempeſtas ſedata. |
| *Huic Dæmones, citò tollunt* | Lucæ. 5. | Duo dęmoniaci ab im- |
| *Sueſq; ſuffocandas.* | | manibus ſpiritibus li- |
| | | berati. |

5.

| | | |
|---|---|---|
| *It ſideratus vltrò,* | Matt. 9. | |
| *Leproſus eſtq; ſanus.* | | Paraliticus |
| *Natum vocatq; Letho* | | Leproſus. |
| *Primatu, eſt paratus* | | Iairi filia reſuſcitata. |
| *A ſanguinisq; fluxu* | | Mulier αἱμοῤῥοοῦσα. |
| *Suo leuare nutu* | | |
| *Fideq;, ſpeq; plenam.* | | |

6.

| | | |
|---|---|---|
| | | Duo cæci. |
| *Cæcis dat ipſe viſum* | Matth. 9. | Mutus furioſus. |
| *Leuat furore mutum.* | | Mirac. ædita 2. Anno |
| *Languens aquas ad amnis,* | Iohan. 5. | prædicationis. |
| *Captus ſuisq; membris,* | | Aeger ab annis 38. ad |
| *Aufert eo duce lectum:* | | piſcinam ſanatus. |
| *Hinc aridamq; dextram* | Lucæ. 6. | Arida manus. |
| *Sanat die ſacrata.* | Marci 3. | |

7.

| | | |
|---|---|---|
| *Letho vocat deinde* | Lucæ. 7. | |
| *Matris, viduæq; Natum.* | | FILIVS viduæ in |
| *Mox dextera potente* | Mat. 12. | Nain. |
| *Pellit* Sathanamq; *mutum,* | Lucæ. 8. | Cæcus & mutus furi- |
| *Dis, ventus huic obedit,* | Mar. 6. | oſus. |
| *Et millia quinq; paſcit.* | Ioh. 6. | Tempeſtas ſedata. |
| *It in mari* Redemtor. | Lucæ. 9. | Dæmoniacus ſanatus. |

| | | |
|---|---|---|
| | | 8. |
| 5000. Saturati. | | |
| Chriſtus it in mari. | Matth. 15. | *Phœniſſa corde gaudet,* |
| Mirac. edita 3. in prædicat, & in itinere ad | Syro phœniſſa. | *Dum nata liberatur,* |
| paſsionē Septē pāes. | Surdus & mutus. | *Voceſq; ſurdus audit,* |
| | | *Plebs læta, dum cibatur,* |
| Cæco Beſſaidenſis. | Marci 8. | *Cæcus videt, miſellus* |
| Lunaticus ſanatus. | Matth. 17. | *Lunaticusq; ſanus,* |
| | Marci. 9. | *Hoc vnico datore.* |
| | Lucæ 9. | |
| | | 9. |
| Stater in ore piſcis | Matth. 17. | *Dat piſcis & ſtateram* |
| | | *PETRO, Domino iubente.* |
| Cæcus ab ortu. | Iohan. 9. | *Dat hanc videre lucem,* |
| | | *Lucem cui videre* |
| | | *Natura denegarat,* |
| Dæmoniacus ſanatus. | Lucæ. 11. | *Deiq; digito turbat,* |
| | | *Pelletq; Dæmona mutum.* |
| Anno ætatis 33. | | 10. |
| Mulier contracta ſanata in ſabb. | Lucæ. 13. | *Fit ipſiusq; nutu* |
| | | *Femella curua ſana.* |
| Hydropicus ſan. in die ſabb. | Lucæ. 14. | *Hydropicumq; tactu* |
| | | *Sanat die ſacrata.* |
| Decem leproſi. | Lucæ. 17. | *Lepra leuat decemq;.* |
| Cæcus ſanatus circa Hierichuntem. | Lucæ. 18. | *Cæcum deus fideq;* |
| | | *Plenum leuat benignus.* |
| | | 11. |
| Tres cæci ſanati. | Lucæ. 19. | *Cæcos facit videre* |
| Lazarus reſuſcitat9 in Bethania. | Marci 10. | *Tres: Lazarus reſurgit* |
| | Ioh. 11. | *CHRISTO Deo vocante.* |

Hoc

*Hoc fante ficus aret,*
*Hoc fante labatq́ turba,*
*Hoc fante mox receſſa*
*Aurisq́ ſana ſervo.*

Matt. 21. Mirac. in ipſa paſſione.
Ioh. 18. Turba armata, vno verbo proſtrata.
Ioh. 18. Auriculæ ſanatio.

12.

*Miracla plura fecit,*
*Pluresq́ iuuit agros,*
*Redemptor hic notauit*
*Qua ſtatus haud ſacratus.*
*Hac verò ſunt notata,*
*Hac ſunt fideq́ ſumma,*
*Induſtriaq́ ſcripta.*

13.

*Credamus, eſt IESVS*
*Quod CHRISTVS ille verus*
*Natus DEI ſupremi,*
*Cernamus atq́ lathi*
*Vita ſacrata dona,*
*Et ſempiterna dona*
*Per nomen eius vnum.*

14.

*Sciamus hac, IESV,*
*Credamus hac fideles,*
*Tu nos tuoq́ nutu,*
*Et gratia gubernes.*
*Qui cum Parente ſummo,*
*Et ſpiritu ſacrato*
*Hoc vis, potes vnus, Amen.*

LIBER

# CHRISTVS CRVCIFIXVS.

## *Eſaiæ 53.*

Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eū: & liuore eius ſanati ſumus.

Ode

# Ode 1. Monocolos Iambicis dimetris acat.

Ex veterī teſtamēto.

– – ᴗ – | – – ᴗ ᴗ̄

Paſsio & crucifixio Domini & ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI, ex Moſe, Pſalmis, & Prophetis.

Iuxta melod. Rex Chriſte factor.

1.

*SVrgit ſacrum robur Crucis,* — Gen. 3. 22.
*Paſchalis agnus & typis* — Exo. 12. 25.
*Priſcis notatus, ingruit,* — Leu. 1.
*Mox immolandus aduenit.* — Num. 21.
Deut. 33.

Teſtimonia generalia de paſsiōe Chriſti.

2.

*Mordere calcem ſeminis*
*Conabitur iam Dux ſtygis:* — Gen. 3.
*At conteret Victor ſuum,* — Prima promiſsio.
*Caput Draconi perfidum.*

3.

*Lauabit in Vino ſuam*
*Nunc S I L O H promiſſus ſtolam,* — Gen. 49.
*Et in cruore ſacro ſuum*
*Vuæ rubentis pallium.*

4.

*Torrente de bibet, cruci* — Pſal. 110.

Affi

Dan. 9. *Affixus hinc fiet neci*
Oseæ. 13. *PESTIS: Propheta tunc NINI*
Ionæ 3. *Signum videbunt impij.*

5.

Pſal. 8. *Fiet parumper Angelis*
*Minor, ſed hunc honoribus,*
*DEVS, ſuis, & cælica*
*Ornabit ipſe gloria.*

6.

Eſa. 53. 43. 63. *Oblatus eſt volens, ſuum*
*Torcular & grauiſſimum*
*Solus premens, ſolus tuis*
*Sudauit in doloribus.*

7.

Pſal. 16. *Non, Rex ſupreme, ſpiritum*
*Linques in inferno meum,*
Specialia testimonia *Nec cogar vnquam te duce*
*Corruptionem cernere.*

8.

1 Actus. Pſal. 22. 38. *Diſcrimen inſtat arduum*
*Ne deſeras me ſeruulum,*
*DEVS: geram quas ſpes, mea*
Cruciatus interiores in horto. *Quæ vota, ſis turris mea.*

9.

Pſal. 22. *Vt cera liquitur meum*
*Cor, pectus intra feruidum:*

Vt

*Vt teſta vilis, arida,*
*Vis omnis aruit mea.*

Triſtis eſt anima mea &c.

10.

*Et lingua, ſicca ſiti, meis* ‹‹
*Adhæret ægra faucibus:* ‹‹
*Effundor, vnda ceu, necis* ‹‹
*In puluerem me deijcis.* ‹‹

Math. 26.

11.

*Demerſus in limo, mea.*
*Fundo labant ſine genua:*
*In alueum raptus maris*
*Vndis tegor, premor nigris.*

Pſal. 69.

12.

*Ira tua, terror tuus*
*Tranſiuit in me maximus,*
*Circundor vndis vndiq́,*
*Me deſerunt mei malè.*

Pſal. 88.

Pſal. 38.

13.

*Non rapta cogor reddere*
*Non debitumq́ ſoluere:*
*Hei excidi nunc omnibus*
*Spretus, relictus fratribus.*

Pſal. 69.

14.

*Quin calce me petit meus*
*Conuictor, hoſtes ad meos*
*Se conferens, cui maximè*
*Miſer ſolebam fidere.*

Pſal. 41.
PRODITIO Iudæ.

15. Cont

| | | |
|---|---|---|
| | | 15. |
| 2. Actus. Phariſęi & ſacerdotes. | Pſal. 41. | *Conſpirat impius, graue*<br>*Neſas coquitq; pectore,*<br>*In innocentem me ſua*<br>*Intendit arcum dextera.* |
| | | 16. |
| Hannas & Caiphas. | Pſal. 22. | *Tauri, boues quà plurimi.*<br>*Cinxère me, pingues, feri:*<br>*Os me ſuper ſuũ fremens*<br>*Pandunt, Leo ceu rugiens.* |
| | | 17. |
| Teſtes falſi | Pſal. 35 | *Teſtes iniqui, futiles,*<br>*Surgunt, & ipſi Iudices*<br>*Interrogant me callidè,*<br>*Quod neſcio, de crimine.* |
| | | 18. |
| Traditus ſeruis ſacerdotum illuditur: Conſpuitur. | Thren. 3.<br>Pſal. 31.<br>Eſaiæ 53. | *Genas do me quaſſantibus,*<br>*Multis petor conuitijs:*<br>*Abſconditus vultus meus,*<br>*Deſpectus mortalibus,* |
| | | 19. |
| Lucæ. 18.<br>3. Actus. Concilii decreto damnatus Pilato traditur. | Pſal. 22, | *Veni DEVS, Deus mea*<br>*Salutis, & tutare me.*<br>*Es fortitudo tu mea*<br>*Robur meum, ſalus mea.* |
| | | 20. |
| | | *Ferrum cruentum dimoue,* |

Cæ

Canes, Leones comprime,
Frangas & vnicornium
Cornu, tuere ſeruulum.

21.

Ponunt mihi cauſa ſine — Pſal. 25. — Iniuſtè accuſatus.
Caſſes doloſas, reteq́ʒ:
Omnes furenter & anima
Scrobem parant, cadunt mea.

22.

Aduerſus ecce FILIVM — Pſal. 2. — PILATVS & Herodes.
DEI, DEVMq́ʒ pralium
Reges, ſatellites mouent,
Omnes in Vnum conuolant:

23

Corpus do verberantibus, — Eſaiæ 50. — Illuſus gentibus.
Genas meas vellentibus:
Verto nec à ſannis, minus,
Sputoq́ʒ vultum debilis.

24.

Incedo veſte ſordida, — Zach. 9. — CHRIſtus baiulans crucem.
Vbiee ſanus es mea:
Tonſore ceu coram ſuo
Imbellis agnus, os premo.

25.

Languore ſaucius tuo, — Eſaiæ 53. Iexem. 3.11. — 4. Actus.
Tuos dolores perfero:
Te propter inter peſſimos
Recenſeor latrunculos.

26.

Pſal. 22. *Pedes terebror, & manus,*
*Artus notant, monſtrant meos,*
*Et in meis obtutibus*
*Hærent, meis gaudent malis.*

Chriſtus crucifixus.
Septem verba Chriſti in cruce.

27.

Eſaiæ 53. *Bonus DEVS ſis hoſtibus:*
Pſal. 22. *Partitur hoſtilis manus*
*Meos amictus, quin mea*
*Trahitq; ſortem tunica.*

1. Pater remitte.
2. Hodie.

28.

Iohel. 2. *Titan nigreſcit, omnium*
*Scelus fero dum ſontium:*
Eſaiæ 53. *Gentes nouas, ſemen nouum*
*In omne videbo ſeculum.*

3. Ecce mater.
Ecce filius.

29.

Pſal. 22. *Sum vermis ecce, non homo,*
*Plebeculæ ſum fabula:*
Eſa. 53. *Opprobrium mortalibus,*
*Plenus malis, doloribus.*

Irriſus à ſacerdotibus.
latronibus
militibus.

30.

Pſal. 22. *Quicunq; me vident, nouos*
*Riſus mouent, planſus nouos;*
*Exporriguntq; turpia,*
*Caput mouentes, labia.*

31.

Pſal. 22. *DEO queratur nunc, ſuis*

Hunc

Hunc liberet, iuuet DEVS, Sarcaſmi.
Eſt dum voluptas huic ſua
In hoc DEO ſolo ſita.

32.

Cur me, DEVS, cur me tuum
In morte linquis ſeruulum? Pſal. 22.
Cur anxij, DEVS, preces Matt. 27. 4. DEVS Deus meus
Nunc aure ſurda negligis?

33.

Dolor cor angit, nec mei Pſal. 69.
Doloris eſt Comes: mihi
Fel dant amarum fercula, 5. Sitio.
Mordens acetum pocula.

34.

Anguſtia nunc terminus 6. Conſummatum eſt.
Adeſt: tua trado, DEVS, Eſaiæ 53. 7. In manus &c.
Dextra meumq́; ſpiritum,
Vitamq́; ſerua ſeruulum. Pſal. 31.

35.

Vt diues interit, doli Eſa. 53. CHRIſtus paſcha noſtrum.
Ignarus omnis, & mali:
Sic interit, ſed non ſine Oblatus eſt &c.
PATRIS ſacrato numine.

36.

Nunc hoſtia cadunt, ſacrum

Miracula ad mortem Christi.

Dan. 9. *Ceſſatq; ſanctuarium:*
*Petræ dehiſcunt, terraq;*
Hag. 2. *Mouetur, & cœli plaga.*

37.

Zach. 12. *Plangunt eum, ceu vnicum*
*Plangunt parentes filium:*
Matt. 27. *Defletur hic à matribus,*
*Doletur vt primo ſatus.*

38.

Latus Chriſto apertũ.

Exo. 12. *Vobis os illi frangere*
Zach. 12. *Non fas ſit iſto ſub die:*
*Et tunc videntes viderint,*
*Quem nam virum transfixerint.*

39.

Sepultura Chriſti.

Eſa. 11. 53. *Eius ſepulchrum nobile*
*Eſt cælico ſolamine:*
*En conditur ceu impius,*
*Sic condit impij ſcelus.*

40.

*O CHRISTE, verus Abramides*
Gen. 22. *Lignum crucis qui ſuſtines:*
*Lignoq; ſerpens æneus*
Num. 21. *Vt ille nunc ſuſpenderis.*

41.

*Qui cuncta tolleras, pius*
*Impleſq; Vatum quæ chorus*

*Pradi-*

*Prædixit, & noſtrum ſcelus*
*Sanas tuis vibicibus.*

42.

*Grates tibi, quas poſſumus,*
*Grati, pijq; ſoluimus,*
*Benignitate pro tua,*
*Tantaq; pro clementia.*

43.

*Onus tuum, probrum tuum,*
*Noſtrum leuamen vnicum*
*Sit ſemper, ô mors hæc tua*
*Sit vita nobis vnica:*

44.

*O intuentes in cruce*
*Te pendulum vera fide,*
*Draconis à morſu graui*
*Nos aſſeras, fili DEI.*

45.

*Sic pars tui ſic culminis*
*Fiemus, & manebimus:*
*Sic te, Parentem, ſpiritum*
*Colemus in omne ſeculum.*

## Ode 2. Monocolos Vt præcedens.

Sequuntur nunc typi CHRISTI crucifixi.

Typus Chriſti Meſsiæ ISAAC, Abrahami filius, oblatus iuſſu Dei à Patre ſuo in monte Moria.

Iuxta melod. Von Himel hoch &c.

1.

ISAAC Typ9 Chriſti pro nobis immolati. Gen. 22.

ABramides eſt inclytus
CHRISTI Redemtoris typus
Tollentis vltrò tetrica
Totius orbis crimina.

2.

ABRAM. Perſona Factum. Fides. MODVS. 1.

Non parcit Abram filio,
Offert eum lubens DEO:
Luctus paterni pectoris
Vincit, colens DEVM, fides.

3.

2. Cur. 3.

Natus Patri ſe ſubijcit:
DEO ſuo ſe ſubijcit:
Quicquid parens vult, præcipit,
Volens, lubensq; perficit.

4.

Vbi Quib9 auxiliis

Montis puer ſcandens iugum,
Fert ligna iuſſus ad rogum:
Ligatus, aræ traditus,
Præſtat ſilentium pius

5.

PATER Filius. Accommodatio. Iohan. 3. Eſaiæ 53. Mundus. Cauſæ impulſi.

Sic parcit haud & proprio
Parens ſupremus filio:
Hunc deſtinat neci ſacra
Totius orbis nomine.

6.

Mox FILIVS mortalium

Victus

*Victus fauore ſontium* Finis.
*Pia voluntati* PATRIS Iohan. 8.
*Se ſubijcit mitis, bonus.* Phil. 2.
1. Cor. 5.

7. Quid.

*Et de futuro ſemine* Gen. 3.
*Promiſſa complens vnicè* Modus.
*Se ſponte dedit ad necem,* 1.
*Se dedit ad Crucis necem.* Philip. 2.
2.

8.

3.
*Quin baiulans robur crucis,* Eſaiæ 53.
*Morſus tot inter, & graueis,* 4. Marc. 14.
*Perfert quietus omnia,* Matth. 26. 27. Lucæ. 20.
*Vocem premens vt ouicula.* Ioh. 19.

9.

*IESV, tibi laus pro tua* Concl.
*Iſthac obedientia,* 1. gra. actio
"*Silere nos* PATRI *benè,* 2. Effectus.
"*Crucemq́; ferre, tu doce.*

## Ode 3. Monocolos Iambicis dimetris acat. 3.

⏓ – ∪ – | ∪ – ∪̄

Typus CHRISTI Meſsiæ, pro nobis exaltati in cruce, AGNVS PAſchalis, Exodi cap. 12.

4.
Cauſa impul. ſeu finis Exod. 12.

1.
Perſona IVDAEI. 2.
AGNVS veſcendus. FActum.
Legendus reſeruandus 1.
Aduesperã mactandꝰ. Agnus
5. Agnꝰ maſculo mũdus.
MODVS Tempus.
Conſtat membris 9.

6.
14. die menſis. Adueſperam.

8. VBI.
2. Vnꝰ agnus veſcẽdꝰ.
Vel ab vno patrisfam.
Vel vicinꝰ aduocãdꝰ.
3. Totus comedatur.
Nihil de agno relinqn dum.
4. Oſſa comburenda.
5. Sanguis è pelui ſparg. in poſtes.
6. Agnꝰ aſſꝰ comedẽdus.
7. Oſſa non frangẽda.

8. PANES azymi.

Iuxta melod. O Lamb-
Gottes ꝛc.

1.

*ABramidæ Tyranni*
*Furore liberandi,*
*In æde quuq́; iuſsi*
*Agno ſuapte veſci:*
*Agnum legunt, reſeruant,*
*Ad veſperamq́; mactant,*
*Mundumq́;, maſculumq́;.*

2.

*Domo paratur vna*
*Veſcendus agnus vnus.*
*Quod ſi domus caterua*
*Hunc eſſe neſcit, eius*
*Vicinus aduocatur,*
*Extrà nihilq́; fertur,*
*Nil reliquumq́; manet.*

3.

*Huius cruore poſtes*
*Aſpergit vniuerſus.*
*Aſſas ab igne carnes*
*Iubetur eſſe cunctus.*
*Caput, pedes, & exta,*
*Non cruda, nonq́; cocta,*
*Frangit nec vllus oſſa.*

4.

*Sunt azymiq́; panes,*
*Herba*

| | | |
|---|---|---|
| *Herbaq́ ſunt amara.* | | 9 Lactucæ agreſtes a-maræ : |
| *Cincti deinde renes,* | | 10. Renes ſuccincti. |
| *Pedesq́ calceati.* | | Calceati : Baculos ha-bentes manibus. |
| *Pedum manu tenentes,* | | Feſtini ſeu properātes. |
| *Edunt citi, properantes.* | | TVTI ab hoſte. |
| *Tutiq́ ſunt ab hoſte.* | | |

5.

| | | |
|---|---|---|
| *Hoc, CHRISTE mitis, agno* | Math. 3. | Chriſtus agnus pa-ſchalis. |
| *Quis te neget notari?* | 2. Cor. 5. | |
| *Tu mundus agnus ille,* | | |
| *Peccata cuncta mundi* | | 1. Sine macula Iohan. Babpt. Eat agnus &c. |
| *Qui tollis, hoc ad vnus* | Eſaiæ 53. | |
| *Seruatus, atq́ lectus,* | 1. Cor. 5. | 2. De grege : quia non angelum, ſed homines aſſumpſit. |
| *Tuaq́ gente lectus.* | | |

6.

| | | |
|---|---|---|
| *Hanc vinis inter annos* | Heb. 2. | |
| *Tres, eruduq́ turbam.* | Gal. 4. | 3. ſeruatus à 10 die vſ-que ad 14. Certum tē-pus vitæ ſign : |
| *Hinc immolaris agnus* | 1. Cor. 10. | |
| *Crucis volens ad aram.* | Philip. 2. | 4. Aduesperam in ple-nitudine temporis |
| *In fine ſeculorum,* | | |
| *Mox Ethnicus fit vnum,* | Gal. 4. | 5. Coitio Iud. & gent. Iohan. 10. |
| *Iudeus ac, ouile.* | | |

7.

| | | |
|---|---|---|
| *Sanguis tuus, Redemtor* | | 6. Sāguis Ieſu Chriſti. |
| *Nos labe mundat omni.* | 1. | 1. Pet. 1. Matth. 26. |
| *Graſſator hoc fugatur,* | 2. | 1. Ioh. 1. Heb. 5 Eph. 1. |
| *Sathanq́, visq́ Lethi.* | 3. | Col. 1. Oſeæ 13. Gen. 3. Iohan. 14. |
| *Sint corda noſtra tantum* | Heb. 2. | SANGVIS aſperſu |
| *Tuo cruore multum* | 1. Cor. 5. | poſtibus Iſraelitarum |

| | | |
|---|---|---|
| Mors mortis morti | | Conſperſa, ritè tincta. |
| mortem, mors, morte, | | |
| redemit. | | 8. |
| | | Tu noſter agnus vnus, |
| 7. Chriſtꝰ vnus agnꝰ. | Matth. 3. | Ob nos, ſceluſq; noſtrum |
| | 2. Cor. 5. | IRAE PARENTIS aſſus |
| Chriſtus Paſcha no- | | Igni flagrante: noſtrum |
| ſtrum &c. | | Tu Paſcha, te fauoris |
| Cauſa imp. Amor | | In nos ſacratus ignis |
| erga genus hum. | Iohan. 3. | Huic deſtinauit ara. |
| | | 9. |
| Chriſtus aſſus totus | | |
| veſc. non ſemicrudus. | " | O ter beatus ille, |
| Per multas tribulatio- | " | Qui te veretur aſſum. |
| nes opertet nos ingre- | " 1. | Qui te fideq;, ſpeq;, |
| di in regnum DEI. | Extrema. | Colit, ſapitq; totum. |
| Nihil reſeruandum. i. | " 2. | Securitatis omnis |
| in hunc Chriſtum ſo- | " | Expers, opinionis |
| lum credendum, nec | | Carnalis omnis expers. |
| reſipiſcentiam eſſe dif- | | |
| ferendam. | | 10. |
| Effectꝰ eſus agni huius | | |
| 2. Cor. 5 Azymi pães. | | SINCERITATIS ille, |
| Fermenta hypocritica | 1. | Ac veritate plenus. |
| dãnata & impii mores. | 2. " | Fermenta cuncta mente |
| Lactucæ amaræ crucẽ | " | Purgat, pius, beatus. |
| ſig. Iohan. 16. | 3. | Eſt crux huic, amara |
| Hyſſopus ſig. Euan- | | Quamuis, amica, grata, |
| gelium. | | In te manetq; grata. |
| | | 11. |
| | 4. | Cunctus ſtat ille vexes, |

Pedeſq;

*Pedesq́ calceatus.*
*Ad patriosq́ fines*
*Tranſire iam paratus.*
*Ex corporis miſelli*
*Ergaſtulo lugubri,*
*Ab hoſte tutus omnis.*

9. Cinctũ eſ-
6. ſe renes.
Oſeæ 12. Calceatum
1. Cor. 15. & cum ba-
Gen. 3. culo ſign.
7. Oſeę 9. Emigran-
Col. 2. dum & fe-
ſtinandum
eſſe in aet.
patriam.

12.

*Sit laus tibi perennis,*
*Cæleſtis agne, CHRISTE.*
*Mundi quod omne mundus*
*Tollis ſcelus, nefasq́,*
*Crucis Volens in ara,*
*Mundasq́ corda noſtra*
*Sancto tuo cruore.*

13.

*Summum tuum fauorem*
*Fac pradicemus omnes.*
*Aſſum fac, atq́ totum*
*Te proſequamur omnes.*
*Sinceritate pleni,*
*Et Veritate, turpi,*
*Malis & abſtinentes.*

14.

*Te dante Crux amara*
*Nobis ſit aqua, grata.*
*Te dante digna turba*
*Subire ſimus aſtra.*
*Subire iam parati,*
*Tuaq́ morte tuti*
*Agone mortis ipſo.*

*Ode*

# Ode 4. Dicolos hepta‑ſtrophos, Iambicis dimetris acatalecti. quatuor, & catalecticis tribus, alternatim currens niſi quod ſexta ſtropha repetit acatalect.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̲
– – ∪ – ∪ – ∪̄

Typus Chriſti Meſsiæ promiſsi, & pro nobis crucifixi, æneus ſerpens.

Iuxta melod. Wo Gott der Herr ꝛc.

1.

IAcobidæ duri cibum
Miſſum, datum ſupernè,
Faſtidiunt, ſimul ſuum
Temnunt DEVM ſuperbè.
Mox in Ducem, mox in Iouam
Iactare Vocem non bonam,
Blaſphemiasq; certant.

2.

Tunc igneis ſerpentibus
Diuinitus necantur.
Cadit ſenex, Vir, paruulus,
Peccaſſe ſe fatentur.
Amramidæ clamoribus,
Et ad DEVM Votis pijs
Extemplò liberantur.

3. Præ‑

---

AEneus ſerpens.
Hunc typum explicat & interpretatur ipſe CHRISTVS Iohan. 3. Nemo aſcendit &c. 1. Cor. 10. neq; tentẽus &c.

MANNA cibo quo filij Iſraël in deſerto aliti ſunt. Similis coriandro, colore albo. Pſal. 88. Panis angelorum.

MODVS.

Effectus. Ignei ſerpẽtes.

Num. 21.
Quis.
Quid.
Peccatũ Iſraelitarũ.
Vbi in deſerto. 2.
In DEVM & Moſen.

1. Pœna. 1.
2. Effectus. 2.
QVOMOdo liberati.

3.

*Præſtera Vates erigit*
*Atheneum, ſupremi*
*Vt Vox ſacrata præcipit,*
*Mox cuius hunc ocelli* “
*FIDE tuentur Vnicum,* “
*Viuit, Valetq́; noxium* “
*Non huic nocet Venenum.* “

AEneꝰ ſerpẽs erectꝰ. Typo Chriſti. Num. 21. Sapien. 15.

Intercesſit miseri[illegible]dia tua cosque ſeruauit &c.

4.

*Sic dum parens primus cibos*
*Tangit, capit nocuos.*
*Ipſum DEVM, Dei ſacros*
*Faſtidit Vsq́; cultus,*
*Blaſphemus, atq́; perfidus,*
*Serpentis Vltrò fraudibus*
*Malis obedit amens.*

Gen. 3. Rom. 3. 5. Factum.

MODVS.

Allegorica accommodatio. Primi parẽtes lapſi. Pro quantula voluptate quãta bõa amiſit?

5.

*Hinc omnibus cum poſteris* 1.
*Reus fit ille mortis:*
*Imaginis diuæ bonis* 2.
*Ab omnibusq́; nudus.*
*Morſus, Tyrannis Dæmonis,* 3.
*Atrox malumq́; criminis,*
*Damnant, necant miſellum.*

EFFECtus. Gen. 3. quocũq; die 2c. Rom. 5. Gen. 3. Peccatum originis.

Da wurden jrer beiden augen aufgethan/vnd wurden gewar/das ſie nacket waren.

6.

*Affigitur cruci PATRE*
*Sed ordinante CHRISTVS.*
*Hic hic ſacrato ſanguine*

Quomodo liberati. CHRiſtus cruci affixꝰ 1. Modus.

Johan. 3. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joh. 19.

*Sanat*

Ioha. 3.

Et ſicut Moſes &c.

" Sanat, beatq́ rurſus
" Primum parentem cum ſuis,
" Fide tuentem vindicis
" Ictus, necem, cruorem.

7.

Qui nouit haud vllum ſcelus,
Scelus facit Creator,
Vt nos ſceleſtum proh genus
Iuſtos faciat Redemtor.
Huic vulnerato qui ſua
Commendat, addit vulnera,
Viuit, manet beatus.

8.

Ergò ſcelus propter meum
Qui factus es ſceleſtus,
Omne ſceleſtum, perditum
Serues, beesq́ iuſtus.
En iuſtitia nitor tua,
Tuaq́ ſanctimonia,
Hac ſio iuſtus, amen.

Sequitur nunc hiſtoria de paſsione, morte, atq; ſepultura Domini noſtri IESV Chriſti, Filij Dei, ſeruatoris noſtri, ex IIII. Euangeliſtis.

## Ode 4. Dicolos heptaſtrophos, Iambicis dimetris acatalecti. quatuor, & catalecticis tribus, alternatim currens niſi quod ſexta ſtropha repetit acatalect.

Para-

– – ᴗ – | – – ᴗ ᴗ̄
– – ᴗ – | ᴗ – ᴗ̄

Paraſceue, continens ea, quæ geſta ſunt in loco cænæ.

Iuxta melod: cum ſequentib. Odis quinq; Nuhn freuet euch liebē &c.

1.

*ETiam propinquabat dies* — Matth. 26.
*Sacratus Azymorum.* — Marc. 14.
*Scitis, refert CHRISTVS, ſuis,*
*Inſtare paſcha ſacrum,* — Prēmoni-
*Hominis lubens quo filius* — tio paſsio-
*Suas in hoſtium manus* — nis ſuæ
*Tradetur impiorum.*

2.

*Tunc congregati ſunt gregis* — 23. Dies
*Scribaq́, principesq́,* — Martij.
*Quærunt, IESVM queis dolis* — Dies Mer-
*Captentq́, dentq́ morti,* — curij.
*Omnes timent plebem, ſacra* — Conciliū
*Cauſantur omnes Azyma,* — Caiphaticū — Math. 26.
*Timent nouos tumultus.* — Iudęorum. — Marci 14.
Luc. 22.

3.

*Perfunditur narde DEVS* — Vnctio
*In ædibus Simonis.* — CHRISTI
*Dolet minſtris: aſt opus* — ad ſepultu-
*Defendit ipſe mitis.* — ram.

Signū

Matt. 26.

*Signum ſepulturæ ſuæ,*
*Signum necis ſanctiſsimæ,*
*In orbe prædicandum.*

Defectio Iudæ. Lucæ. 22. Dies 24. Martij. Dies Iouis. Stigelius. Inter bis ſenos habuit quos Chriſtus amatos. Diſcipulos certè degener vnus erat.

Chriſtus 30. Argenteis vnditus. Zach. 11. Gen. 37.

4.

*Iuda dein' dirum, leue*
*Intrat cor ipſe Dæmon.*
*Scribis hic ardet prodere*
*Chriſtum, ſuū Magiſtrū:*
*Hei ter necem nūmis ſacra*
*Prodendo venit victima,*
*Dolis fit, abſq; turba.*
( Proditur & venditur à Iuda 30. ſiclis: ſicut Iuda fratrem Ioſeph vendit Iſmaelitis.)

1. Vigilia noctis. Cœnæ Domini inſtitutio. Math. 26. Marci 14. Lucæ. 22.

5.

*Colit Redemtor azyma,*
*Deſiderata dudum.*
*Celebrat hæc in inclyta*
*Frequentiaq; fratrum.*
*Cœnam nouam ſancit, ſuos.*
(Conſtituit diſcipulis ſuis duodecim teſtamentum ſub nocte, iam moriturus, in ſui memoriam: quemadmodum Iacob patriarcha duodecim filijs teſtamentum relinquit. Gen. 49.)

Crepuſculum.

*Ritus, honores proprios,*
*Commendat hanc & illis.*

6.

Accipite comedite: Bibite &c.

*Corpus ſuum mox porrigit*
*His, ſanguinem ſuumq;.*
*Cum pane, vino porrigit,*

Hos

*Hos eſſe Vult, bibiſſe.*
*Remiſsio quò criminum* Fines inſti-
*Sit firma, ſintq́ Vulnerum* tuti.
*Eius memores in æuum.*

7.

*Tunc ſurgit è cæna, pedes.* Ioh. 12.
*Fratrum lauatq́ CHRISTVS.* Lotio pe-
*Hos eſſe ſeruos ſimplices* dum.
*Vult, præcipitq́, ſeruus.* Præceptum
*Amoris hos monet ſui,* de mutua
*Fauoris atq́ mutui* dilectione.
*Tradit typum ſequendum:*

8.

*Hinc monſtrat, incuſat ſuum,* Luc. 22.
*Monetq́ proditorem.* Demõſtra-
*Mentemq́ ſe ſectantium* tio prodi- Ioh. 15.
*Taxat, docet ſuperbam.* toris. Mãdatum
*Proponit his legem nouam,* Opinionis de mutua
*Lapſus PETRVM monet, gregem* de prima- dilectione.
*Deſertionis omnem.* tu repre-
henſio.

9. Præſumtio
PETRI.

*His addit & ſolatia*
*In omnibus periclis.* Ioh. 14. 15.
*Vadens & ad patrem ſacra,* 16.
*Quæ dona quærat ipſis:* Vtilitates
*Summi Parentis culmina,* 1. paſsionis
*Flatusq́ ſancti munera.* 2. Chriſti.
*Et gratiam perennem.* 3.

10.

 Tandem

Joh. 17. Preces Chriſti pro ſe. & Eccleſia ſua.

*Tandem precatur intimis*
*Votis ſuum parentem.*
*Honoribusq́; priſtinis*
*Se, gloriaq́;, prolem*
*Dignetur æterna, ſuos*
*Simulq́; ſeruet intimos,*
*Vibice, morte lectos.*

11.

*Sit laus tibi noſtros, DEVS,*
*Quod ſponte fers reatus.*
*Cœnam tuam, ritus tuos*
*Quod ſancis, & miſellos*
*Paſcis tuo nos corpore,*
*Tuo ſacrato ſanguine,*
*Vino ſub, atq́; pane.*

Cum pane, eñq́; vino.

12.

*Fac hos colamus pectore*
*Grato tuos honores.*
*Tua ſacrati fac prece*
*Seruemur, atq́; leges*
*Oris tui, ſolatia*
*Diſcamus, in vita, nece*
*Nobis & applicemus.*

## Ode 6. Dicolos heptaſtrophos, Vt præcedens.

Primus actus paſsionis Chriſti, cõtinens ea, quæ geſta ſunt in horto.

*Trans*

1.

*Trans Kydron exit cum ſuis*
*Chriſtus, dolore plenus.*
*Ignarus haud certaminis*
*Inſtantis, atq; luctus.*
*Mœrens oliuetum petit,*
*Suæ miniſtros præmonet*
*Deſertionis omnes.*

2. Vigilia noctis. Hora 9. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioh. 18.

" Canticinium. Egreſſus ad montem Olitueti.

2.

( Tranſit ſupra torrentem kidron, plenus angoris, horroris, & luctus, ſicut Dauid eiectus regno à filio Abſolon, lugens & pullus ſuper eum tranſit & oliuetum aſcendit, 2. Reg. 15. )
*Scriptura dicit, his ait,*
*Cædo gregis Magiſtrum.*
*Grex omnis horret, aufugit,*
*Turbatur atq; multum.*
" *Poſtquam tamen ſurrexero,*
" *Vobis videndum me dabo,*
" *Galileidos ſub oris.*

Kidron fluuius tenebrarum Důſterbach Pom. Zach. 13. Matth. 26. Angelus Marci 16. iterum repetit hæc verba de Chriſto reſuſcitato.

3.

*Iactat Petrus conſtantiam*
*Suam, cui Redemtor,*
*Ter me negabis, antequam*
*O Petre, prouocator*
*Lucis canat bis: mox ſuam*
*Spondet Magiſtro pro necem,*
*Idem loquuntur omnes.*

2. Præſumtio PETRI Matth. 26. Marci 14. Luc. 22.

3. Præſumtio Petri & reliquorũ diſcipul.

Matth. 26. Marci. 14. Luc. 22.

*Ingreſſus hortum, mox ſibi*
*Petrum, duosq; fratres*
*Iungit: tremens, dolens ibi,*

(Bugenhagius. Welche zuvor geſehen hatten die Herrligkeit der verklerung CHRISTI auff dem Berge / Dieſehen auch allhier die ſchmach ſeiner ſchwacheit:)

Pſalm. 22.

*Noſtros dolens dolores.*
*Mens triſtis ad necem mea,*
*Inquit: vigilate, ne mala*
*Vos obruant, rogate.*

5.

Matth. 26. Ardens Chriſti precatio. Hora 10.

*Divulſus ab illis paululum,*
*Proſtratus inq; terram.*
*Supplex Patri, rogat patrem,*
"*Opem fer ò benignam,*
"*PATER, placet ſi, poculum*
"*Auerte: velle non meum,*
"*Tuum ſequi voluptas.*

6.

Bugenhagiu.

(In horto inter pauores, & guttas concreti ſanguinis ſalutem hominum amiſſam recuperare, & iram DEI placare incipit, ſicut eadem ſalus in horto per lapſum primorum parentum amiſſum erat. Gen. 3.)

Somno

*Somno ſepultos inuenit,* Somnoléti diſcipuli.
*Fruſtrà moretq; fratres.*
*Secundò, tertiò petit,* Matth. 26.
*Diuinus aſtat ales.* Apparitio Angeli. Pauliſper indiger Deo Chriſtus. Pſalm. 16.
*E heu madet tellus citò*
*CHRISTI cruore, ſanguine,* Marci 14.
*Sanctiſſimo fluore.* Luc. 22.

7.

*Precatur hinc ardentius:*
*Somno graues reuiſit.* Somnolentia diſcipul
*Somno frui quid pergitis?* Matth. 26.
*Ait, meus propinquat* 
*Nunc proditor, quin ſurgite,* Marci 14.
*Adeſt ineluctabile* Luc. 22.
*Tempus, dieſq; ſumma.*

9.

*Extemplò proditor venit,*
*Stipatus it caterua.*
(Chriſtus vno verbo armatos proſternit, ſicut Simſon mandibula aſini 1000. Viros Philiſtinos percutit, Iudicum 15.) Iud. 15.
*Quem quaritant, quod ſit monet,* 1. Mirac.
*Verbo labat ecce turba.* Ioh. 18. Hora. ii.
*Dat oſculum IVDAS, ſuo* Iudas proditor Chriſti oſculo.
*IESVMq; prodit oſculo,*
*Captiuus & ligatur.*

9. (2. Reg. 3.)

(*Proditur oſculo, ſicut Abner à Ioab* Oſculum Iudæ.
*Non hanc ferens ſpeciem* Petrus.

Petrus defenſor Magiſtri.
Matth. 26.
Marci 14.
Luc. 22.
Ioh. 18.

Gen. 9.
Pugna Petri intempeſtiua.

*Decernit vſq; ferro.*
*Aurem miniſtro Principis*
*Abſcindit: abde, Petro,*
*Enſem, DEVS dicit, tuum,* "
*Enſem capit quisquis ſuum,* "
*Suo peribit enſe.* "

10.

Signa diuinitatis Chriſti.
1. Vno verbo ſternere ad terram armatos.
2. Dominũ eſſe angel.
3. Scire futurum & ſanare ſine õnibꝰ mediis.

2. Mirac.
Auriculæ ſanatio.

*Turmas petenti cælitum*
*Num deneget Creator?*
*An non Pater quod poculum*
*Dedit bibam, Redemtor?*
*Qui ſcripta de me ſingula*
*Implentur? inde ſeruulo*
*Tangendo ſanat aurem.*

11.

Matth. 26.

Fuga diſcipulorum.

*Ad me, refert tunc, ceu trucem*
*Veniſtis ad latronem.*
*Cur non docentem me gregem*
*Cepiſtis, ac inermem?*
*Hæc hora veſtra: ſic ait,*
*Fratrum chorus mox aufugit,*
*Nudi fugiunt trementes.*

12.

*O Chriſte, luctam cum nece*
*Pro me tuam celebro.*
*Te ô madentem ſanguine*
*Agnoſco corde grato.*
*His recreem me guttulis*
*Sanctis, fac in vitæ malis,*
*Ipſa necis ſub hora.*

Chriſtus

(CHRISTVS verus ſerpentis contritor, & cerua matutina à Iuda diſcipulo hoſtibus traditur, ſicut Simſonam ſui in petra Etam capiunt & ligatum in hoſtium manus tradunt. Iud. 15.)

## Ode 7. Dicolos heptaſtrophos &c.

3. Vigilia noctis. Nox inteſpeſta. Hora. 12. 1.

Secundus actus paſsionis Chriſti, continens ea, quæ acciderunt corã Hanna & Caipha, & ſacerdotibus populi.

1.

*TVm terga poſt vinctus manus*
*Hannaq; Caiphaq;,*
*Scribisq; ſiſtitur, PETRVS*
*Introq; miſſus, ore*
*Pauido, miniſtra dum rogat,*
*Nouiſſe ſe CHRISTVM negat,*
*Statimq; cantat ales.*

Ioh. 18. Matth. 26. Luc. 22. Ioh. 18.

Petrus primum abnegat Chriſtum.

2.

*At pontifex de dogmate*
*Chriſtum, ſociisq; quærit,*
*Cum ſit profeſſus publicè,*
*Non clanculum, remittit*
*Vitata plebis agmina*
*Ad audientes ſe ſacra*
*In publico docentem.*

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioh. 18.

1. Seſsio concilii Phariſæorum.

3.

*A ſatrapa læſus, pets* cæſus
*Se monſtrat innocentem.*

Expoſtulatio Chriſti cum famulo.

 (Accipit

(Accipit colaphum, vt Micha à Rege Iſrael Zedekia. 1. Reg. 22.
Et Ieremia, à Paſſur Ierem. 37.

Hora 2. noctis.

Lapſus & pœnitentia PETRI.

*Petrum miniſtri, ſeruuli*
*CHRISTI notant amicum.*
*At peierans, iurans ſuum*
*Is abnegat CHRISTVM Ducem,*
*Rurſusq́ cantat ales.*

4.

Pſalm. 30. Momentum &c.

Matth. 26. Marci 14. Iohan. 18.

Auguſtinus. Melior in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio.

*Hunc mitis aſpicit DEVS*
*Hunc ceſſat haud fouere.*
*Memor fauoris illius*
*Cœptat dolere, flere.*
*Prædicta cuncta cogitans,*
*Exit foras flens, pænitens,*
*Illacrymans amarè.*

5.

Examen pontificis.

Matth. 26.

Ioh. 18.

*Teſtes IESVS futiles*
*Audit, tacendo temnit.*
*Surgit, minas ſpirans graues*
*Præſul, tumens & inquit.*
*Adiuro te, te per DEOS*
*Adiuro, CHRISTVS Filius*
*Nam tu Dei potentis.*

6.

Confeſſio Chriſti coram pontificibus.

*Tu dicis, infit, ſum DEVS,* "
*Sum FILIVS ſupremi.* "
*Et nunc hominis videbitis* "
*Natum manu potenti.* "

*Viri*

*Virtutis à dextris* DEI
*Sedere, denſis & poli*
*In nubibus venire.*

"Et homo
"iudicatus
"erit denuò
Iudex o-
mnium.

7.

*Veſtem ſtatim primus Patrum*
*Diſcindit hiſce verbis.*
*Blaſphemus eſt, quid teſtium*
*Suffragiis egemus?*
*Audiſtis ipſi, quid Patres*
*Vobis videtur? eſt necis*
*Reus, fatentur omnes.*

(Diſciſſa veſte Pontifex muneris ſui finem oſtendit ſicut Samuel Propheta Sauli regnū Iſraël, proximo traditum, pallio ſciſſo prædicebat.)
1. Reg. 15.
Condemnatio Chriſti vt blaſphemi.
Luc. 22.

8.

*Illuditur conuitiis,*
*Spurcatur os & eius.*
*Mala crepant ſub ictibus,*
*Mox linteoq́ tectus.*
*Faciem, quis ô te verberat?*
*Quærunt: Propheta dic, decet*
*Hoc noſce te Prophetam.*

IIII. Vigilia noctis. "
Hora 3. 4. 5.
Chriſtus traditus ſeruis ſacerdotum illuditur & conſpuitur.
Pſalm 31. Thren. 3.
Contumeliæ Chriſti à Iudæis factæ.

9.

*Stat mane primo iudicum*
*Tribunal antè Chriſtus.*
*Quod ſe refert Deo ſatum*
*Fit ecce morte dignus.*
*Quid teſtibus, quid eſt opus?*
*Clamant Patres, ſcribæ, reus*
*Fit hic ſuapte lingua.*

Altera ſeſsio concilii Caiphatici.
1. Cauſa mortis. Lucæ. 22.
Hora 6.

10.

*Damnaris inſons, ô DEVS*
*Nos liberes nocentes.*
*Qui mitis es, qui nuncius*
*Veri, tot inter acres*
*Sannas: labentem reſpicis*
*Qui ſeruulum, nec reiicis*
*Te tertiò negantem.*

11.

*Tua fac innocentia*
*Sim ſaluus, atq; viuam.*
*Fac tollerans, conſtans tua*
*Semper ſtatuta promam.*
*Mei miſertus, me bonus*
*Lapſum tuere, quod facis,*
*Poteſq; ſolus, amen.*

Dies 25. Martii.
Dies Veneris.

## Ode 8. Dicolos heptaſtrophos, Vt præcedentes.

Tertius actus paſsionis CHRISTI, continens ea, quæ coram Pontio Pilato, præſide Romano, geſta ſunt.

Diluculum.
Hora 6.

Chriſtus cerua matutina. Matth. 27. Marci 15. Luc. 23.
Judas ſuſpenſus. Matth. 27.

1.

*TVnc vniuerſus hoſtium*
*Surgit cohors, IESVM*
*Trahuntq; vinctum, languidum*
*Ad præſidis theatrum.*
*Iudas reportat nummulos*
*Peccaſſe faſſus, ipſius*
*Madent cruore tela.*

2.

*Suſpenſus en medius crepat,*
*Effundit omne viſcus.*
*At ſanguinis precium vocat*
*Furens Apella nummos.*
*Emunt agrum: fores manent*
*Et antè, nè ſe polluant,*
*Veſci queantq; Paſcha.*

Hieron.

" Iudas plus offendit
" DEVM deſperando, quam Chriſtum tradendo.

Phariſæorum hypocriſis.

3.

*His præſes exiens: viri,*
*Mali quid iſte fecit?*
*Aiunt, reus, malus niſi,*
*Quis nam, quis hunc ligârit?*
*Legem iubet iuxta ſuam*
*Hunc auferant, legem ſuam.*
*Fato negant habere.*

Hora 7.

CHRISTVS coram Pilato præſide Romano accuſatus.

Ioh. 18.

Vt ſermo impleretur.

Matth. 20.

Tradent eum gentibus ad illudendum &c.

4.

*Surgunt ſacerdos, Principes,*
*Accuſat omnis illum.*
*Gentis quod euerſor grauis,*
*Quod Cæſariq; ſuetum*
*Vetet tributum reddere,*
*Quod Regis alto nomine*
*Affectet ipſe regnum.*

1. Falſa crimi-natio obiecta Chriſto à Iudæis coram Pontio Pilato.

Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Chriſtus accuſatus perduellionis.

5.

*Quærit citò Præſes, Rex nè ſit,*
*Tu dicis, infit vltrò.*
" *Regnum meum non eſt, venit,*
" *Hoc de potente mundo.*

Math. 27. Joh. 18.

Examen Pontii Pilati. 1.

" Regnum Chriſti ſpirituale.

*Mundata ſceptra ſi mea,* "
*Eſſem meis haud fabula,* "
*Vetantibus miniſtris.* "

6.

2.
Pſal. 2.
Ioh. 18.
Eſa. 9.
Officium Chriſti.

Confeſſio Chriſti de regno ſuo.

*Es ergò tu Rex? Pontius.*
*Quærit ſecundò: dicis,*
*Sum Rex, datus ſum cœlitus,* "
*Apparuiq́ mitis* "
*In orbe teſtimonium*
*Vt ore conſtanti feram,*
*Reddamq́ veritati.*

7.

Ioh. 1.
Gratia & veritas &c.
Innocentia CHRISTI.

Teſtimonia Pilati de innoc. Chriſti.
1.

*Ex veritate quisquis eſt,* "
*Vocem meam receptat.* "
*At ille, VERITAS quid eſt?*
*Progreſſus inde, firmat*
*NVLLIVS HVNC FACTI REVM:*
*Is poſtulanti verbulum*
*Reſpondet haud cohorti.*

8.

Matth. 27.
Marci. 15.
Lucæ. 23.
Chriſtus mittitur ad HERODē; Galileæ tetrarchā.

2. Alt. falſa criminatio obiecta Chriſto à Iudæis.
Chriſtus accuſatus prophanationis.
Hora. 8.

*Clamant, Iudæos eum,*
*Fines Galileidosq́,*
*Spargendo doctrinam nouam*
*Turbaſſe: Præſes vnde*
*Vinctum Galilæum mittere*
*Pergit GALILAEO, cernere*
*Ardebat ille vinctum.*

9.

*Rex*

Rex ſuſcitatur plurima,
Accuſat hunc Apella.
Facet: noua Rex miracula
Expectat atq; fruſtrà.
Illuditur, mox ſplendidus
Incedit, atq; Pontius
Regis fit, eſt amicus.

Lucæ. 23.
Matth. 14.
Marci 6.
CHRISTVS illuſus ab Herode vt præſtigiator, aut ludio.
Pilatus & Herodes amici.

10.

Tunc Præſes illis: quem mihi
Vos tradidiſtis, ecce.
Eſt INNOCENS me iudice,
Et Rege Galilæo.
Dignum patrauit nil nece:
Dimitto cæſum, ſic benè
Vobis ſatisq; factum.

2.
Chriſtus innocens Pilati & Herodis.

11.

Vultis nè Barrabam reum
CHRISTVM vel INNOcentem,
O turba, dimittam? ſuum
Coniunx monet maritum,
Ne quid negoci cum bono
Et viro ſit, ob hoc mala
Quod multa paſſa ſomnis.

Matth. 27.
Marc. 15.
Luc. 23. 3.
Ioh. 18.
CHRISTVS innocens teſtim. cōiugis Pilati, Matth. 27.

12.

Vtrum velint ſuperſtitem
Quærit ſecundò: cætus
Hunc tolle: ſerua Barrabam,
Clamat; quid ergò vultis

Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.
Hora. 9.
Interceſsio plebeia proſicario.

Huic

| | | |
|---|---|---|
| 4. | Iohan. 18. | *Huic fiat inſonti ? cruci* |
| | | *Hunc fige, tolle, mox chori* |
| | | *Vox inualeſcit omnis.* |

13.

| | | |
|---|---|---|
| Chriſtus | Matth, 27. | *Tunc apprehendit Pontius,* |
| flagellatur | Marc. 15. | *Flagellat atq́ IESVM.* |
| ornatus di- | Ioh. 19. | *Extemplò militum manus* |
| ademate & | | *Omnes vocans in vnum,* |
| purpura. | Patientia et | *Induciturq́ purpuram,* |
| Cõtumelię | obedientia | *Et fert coronam ſpineam,* |
| Chriſti. | Chriſti. | *Arundinemq́ dextra.* |

14.

| | | |
|---|---|---|
| | Eſaiæ 50. | *Illuditur flexo genu* |
| Sarcaſmi. | Matt. 27. | *Omnes eum ſalutant.* |
| CHRIStus | Marci. 15. | *O Rex, aue Rex ISACI* |
| Rex Iudæ- | Luc. 23. | *De ſtirpe nate, clamant.* |
| orum. | Iohan. 19. | *Sputo genaq́, ſordidus,* |
| | | *Caputq́ quaſſus, gentibus* |
| | | *Ludibrio fit inſons.* |

15.

| | | |
|---|---|---|
| Chriſtus | | *Educit hunc prætorio,* |
| homo ab- | | *Vibice, cæde tardum* |
| iectiſſ. | Ioh. 19. | *Præſes: refert hinc, en HOMO,* |
| Eſaiæ 53. | 5. | *Non fecit ille probrum.* |
| Ecce ho- | Pſal. 69. | *Blaſphemus, aiunt, in Deum,* |
| mo. | | *Fecit DEI ſe FILIVM,* |
| | | *Hunc tolle, fige ligno.* |

16.

*Quisquis*

16.

*Quiſquis DEI ſe filium*
*Facit, hunc ſtatuta noſtra*
*Damnant: timet magis domum*
*Ingreſſus, infit inde.*
*Tu cretus es quo ſanguine?*
*Mecum loqui non vis? duce*
*Es quo, maneſq; ſaluus?*

Chriſtus ductus é pretorio ad ſupplicium poſcitur.
Leuit. 24.
De blaſphemis.
De ortu ſuo interrogatur.

71.

*Quid iuris in me, cui DEVS* "
*Reſpondet, haud haberes:* "
*Tibi datum ni cœlitus:* "
*Maius nefas ſed hoſtes* "
*Qui tradidere me, manet:* "
*Seruare præſes hunc ſtudet,*
*Clamant furenter hoſtes.*

Ioh. 19.

18.

*Hunc ſi virum dimiſeris,* Ioh. 19.
*Es Cæſaris haud amicus,*
*Regem creans ſe Cæſaris*
*Eſt hoſtis, eſt rebellis.*
*Labaſcit, his clamoribus*
*Victus, tribunal impius*
*Inſonte cum reuiſit.*

Obiectu Cæſarianæ Potentiæ victus Pilatus Chriſtum occidendum tradit, militibus.

19.

*En Rex ait ſcribis, gregi*
*Veſter, boant furentes.*
*Hunc tolle, perde, da cruci,*
*Hunc aufer; inde Præſes.*

Ioh. 19

*Regem nè veſtrum tollerem?*
*Regem veremur neminem,*
*Ni Caſarem, reclamant.*

20.

PILATVS lauat manus. 6. *Quid proficit nihil videns,*
*Lauat manus, atq;.*
*Videbitis vos, INNOCENS*
*Ab iſtius cruore*
*Culpa vacantis ſum: ſuper*
*Nos, filios noſtros cruor.*
*Huius ſit, addit omnis.*

21.

*Qui iuſtus, innocens, bonus*
*Pronunciare rurſus.*
*Nos inquinatos ſordibus*
*Pugna, beaq; iuſtus.*
*Sint flagra, ſit probrum tuum.*
*Noſtrum decus, ſolatium,*
*Vnum leuamen, amen.*

## Ode 9. dicolos heptaſtrophos Iambicis. Vt præcedens.

Quartus actus paſsionis Chriſti, continens ſeu recenſens ea, quę geſta ſunt in loco caluariæ.

1.

Chriſtus baiulans Crucem. Matth. 27. *Hinc CHRISTVS æger vulnere*
*Trahitq;, baiulatq;*

*Crucem*

*Crucem: ſocio ſortis ſua* Marc. 15. Hora 10.
*Potitur & Simone.* Lucæ 23.
( Educitur, vt extra mœnia inter- Ioh. 19.
ficeretur ſecundum legem Hebræo-
rum 13. Num. 19. vt ISAAC, filius
Abraham, Gen. 22.)
( Item geſtat ipſe crucem ſuam, ſi-
cut Iſaac obediens filius lignum ad
holocauſtum in montem Moria ipſe
geſtabat. Gen. 22. )

*Hinc eiulantes fœminas,*
*Vicem dolentes ipſius,*
*Affatur ore miti.*

Concio Chriſti ad mulierum cœtus.

2.

*O filiæ IERVSALEM,*
*Ne me dolete flendo.*
*Deflete vos, propaginem* « Luc. 23.
*Veſtramq; corde toto,* « Eſa. 3.
*Inſtant dies, dicent quibus,* « Sap. 2.
*Ventres beati, blandulos* « Eſaiæ 54.
*Qui non dedere fœtus.* «

Excidium Hieroſolymitanum.

3.

*Beata primos vbera* «
*Quæ non cibos dederunt.* « Oſeæ. 10.
*Quin montibus, nos ô iuga,* « Apoc. 6.
*O nos operite, dicent.* « Ezech. 17.
*Nam ſi ſit hoc in humido* « Hora 11.
*Ligno, quid ô in arido* «
*Quid fiet vſq; ligno?* «

4.

*Tunc iunctus is latronibus*
*Calvaria propinquat.*

Educitur cum duob. facinoroſis,

L Inter-

Math. 27.
Luc. 23.
Luc. 19.

(Interficitur in Golgatha, in quẽ locum educitur, vt verus Ezechiel: quia ſua videl. morte & reſurrectione ſepulchra omnium mortuorum erat aperturus. Ezech. 37)

Paſcha iiii. ab initio prædicatio CHRISTI

Chriſtus Paſcha noſtrum. 1. Cor. 5.

Myrrhatũ vinum. Crucifigitur Chriſtus in medio duorũ latronum Pſal. 22. Eſaiæ 53. Ierem. 3. 11.

*Myrrhata Vina dat malus,*
*Bibiſſe mox recuſat.*
*Manus, pedes traiectus is,*
*Affigitur ligno Crucis,*
*Inter duos latrones.*

(Paſcha iiii. & vltimum, in quo CHRISTVS verum PASCHA pro nobis in ara crucis immolatus. Mactatur 15. die primi menſis, h.e. 25. die Martij: ſicut agnus Paſchalis in veteri teſtamento Exo. 12.)

5.

Septem dicta Chriſti in cruce.

Pater remitte &c.

Eſaiæ 53. Marci. 15 Luc. 28.

*Sic Vatis impletur pie*
*Oraculum: malignos* "
*Inter, licet ignarus mali,* "
*Relatus eſt latrones.* "
*Suſpenſus hora tertia,*
*Mox hoſte pro ſuo ſua*
*Reddit, facitq́ Vota.*

6.

I. N. R. I.

Veſtes diſtributæ.

Hora 12.

Ecce filius tuus; &c.

Math. 27. Luc. 23. Ioh. 19.

2. Ioh. 19.

*Eius notat cauſam necis*
*Præſes titulo trilingui.*
*Velamen eius impius*
*Miles trahitq́ ſorte,*
*En FILIVS matri tuus*
*Ait, tua MATER en, pius*
*Receptat ille matrem.*

Suſpenſus

(Suſpenſus pandit manus, & vt ſūmus ſacerdos peragit ſacrificium, ſicut Moſe in Raphidim. Exo. 17. Et ad ſe omnes trahit, Joh. 12. Augustinus. Caput habet inclinatum ad oſculandum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum &c.)

7.

*Conuitiis, quæ præterit,*
*Petit hunc profana turba.*
*Furens caput dirum mouet,*
*Væ, dicit, iſta templa*
*Qui diruis, qui conſtruis,*
*Si* FILIVS DEI *Patris,*
*Deſcende, iuua teipſum.*

Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioh. 19.

Sarcaſmi & inſultus. 1. Turbæ prætereuntis.

8.

*Sic Pontifex &, ſcribaq́;,*
*Sic plebs, Duceſq́; plebis.*
*Certant, auent inceſſere*
*Eum dictis amaris.*
*Seruauit ille cæteros,*
*Nec iam poteſt miſer, malus*
*Iuuare ſemetipſum.*

2. Pontificum. 3. Scribarū 4. Seniorū. 5. Plebis Dictis cum moleſtis. Matth. 27. Marci 15. Luc. 23.

9.

*Si* CHRISTVS *eſt, Rex* Iſaci,
*Electus ille* PATRIS:
*Seruet ſeipſum, de cruce*
*Deſcendat atq́; fortis.*

Pſal. 22. Eſa. 53.

*Hoc vt videntes denuò*
*Credamus eum carum* DEO,
*Credamus eſſe* CHRISTVM.

10.

*Confidit in* DEO *ſuo,*
Marc. 15. *Si vult, eum miſellum*
6. Latrones *Nunc liberet, ſatum* DEO
ambo. *Nam prædicat ſeipſum.*
Matth. 27. *Ipſi latrones impia*
*Et verba gaudent impiè*
*Dixiſſe conditori.*

11.

Luc. 23. *Illudit affixo Cruci*
7. Milites *Et militum caterua,*
2. Felleum *Mordens acetum mox ei*
acetum. *Lingua ferunt proterua.*
*Si* REX *es ille maximus*
*Abramidum, potens* DEVS,
*Saluum fac ò teipſum.*

12.

Luc. 23. *Quin vnus è latronibus*
8. Vnꝰ ex la *Conuitiando* CHRISTVM,
tronib. ad CHRISTVS, *refert, ſi maximus,*
ſiniſtrā ſcil. *Seruato nos, teipſum.*
LATRO *Alter cui: nec tu* DEVM
ad dexterā *Iuſtum times, qui par malum,*
conuerſus. *Fatumq́ fers, luisq́.*

31.

Innocentia *Et nos quidem iuſtè: malè*
Christi. *Nihil peregit ille.*

Con-

Conuerſus hinc, DOMINO poli
Ait: mei memento
Cum veneris in regnum tuum:
Cui DEVS: regnum meum
Hac luce poſsidebis.

"Luc. 23. 3. "Hodie mecum eris in paradiſo."

14.

Et iam medium ſol hauſerat,
Fulgore clarus, orbem.
Cum velat obſcura caput
Ferrugine triſtis, omnem
Mox eximens mortalibus
Lucem, ſacrati numinis
Dolens, gemensq́; caſum.

Hora 12. & 1. Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. Eclipſis ſolis contra naturę ordinem.

Dionyſius Areo. Ath. Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.

(Hieronymus: Omnis creatura compatitur Chriſto morienti: Sol obſcuratur, terra mouetur, Petræ ſcinduntur, velum templi diuiditur ſepulcra aperiuntur: ſolus HOMO non compatitur, pro QVO SOLO CHRISTVS PATITVR.)

Hieronymus.

15.

Inter tenebras clamitat
Nona diei ſub hora,
Ingente voce clamitat,
Cur morte me ſub ipſa,
Cur deſeris, DEVS MEVS?
Hoc audientes, Thesbius
Vates vocatur, aiunt.

Matth. 27. 4. "Deus, Deus meus, cur."

16.

Deinde cum ſciret DEVS
Peracta, facta cuncta,

| | | |
|---|---|---|
| 5. Sitio. | Ioh. 19. Acetum amarum. | *Me ô habet, dicit, ſitis:*<br>*Potatur en aceto,*<br>*Et hyſſopo: num præſto ſit,*<br>*Vates vocatus, num iunet*<br>*Eumq; præſtolantur.* |

17.

| | | |
|---|---|---|
| | | ( Poſt agonem clamat ſe ſitire, ſicut Simſon poſt pugnam: Iudic. 15.) |
| Hora. 2. | Hebr. 10. | *Sumto liquore mox ait,* |
| 6. Conſūmatum eſt. | Ioh. 19. | *PERACTA CVNCTA: rurſus*<br>*Exclamat, ô parens, ait,*<br>*Manus tuas in almas* |
| 7. Pater, in manꝰ tuas. | Lucæ. 23. Expiratio Chriſti. | *Commendo Spiritum meum:*<br>*Inclinat hinc caput, ſuum*<br>*Emittit atq; flatum.* |

18.

| | | |
|---|---|---|
| | Hora 3. Prodigia ſecuta mortē Chriſti. | (Moritur Chriſtus eleuatus, & cruci affixus, ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, Num 21. Item moritur inter medios hoſtes, vt fortis Simſon. Iud. 16. Vt ita morte ſua magis etiam damnum daret hoſtibꝰ Ioh. 3. |
| 1. | Matth. 27. | *Et ecce velum ſcinditur* |
| 2. | Marci 15. | *Templi, tremitq; terra.* |
| 3. | Luc. 23. | *Rupeſq; monsq; ſcinditur,* |
| 4. | | *Aperta ſtant ſepulcra.* |
| 5. | | *Sancti ſepulcris exeunt,*<br>*Surgente CHRISTO, reppetunt*<br>*Sanctamq; ciuitatem.* |

(Contremiſcit terra, diſſilientibus petris, ac ſi deglutire vellet ſæuos iſtos interfectores innocentis filii DEI: ſicut terra dehiſcens abſorbſit Dathan & Abiram, Num. 16.)

*Caterua militum tremuit*
*Cum centurione: Verè*
*Hic iuſtus, hic pius fuit,*
*Dicunt, ſatus DEO.*
*Tundunt videntes pectora;*
*Lugent amici funera*
*Cum feminis amicis.*

Centurionis & vulgi opinio de Chriſto.
Matt. 27. Luc. 23. Innocentia Chriſti.

Chriſti familiares & noti.

20.

*Lux magna Sabbathi venit,*
*Crus frangitur latronum,*
*Crus integrum CHRISTI manet,*
*Pectus fluitq́ ſanctum*
*Eius: fluit vnda ſanguine:*
*Teſtis Propheta, maximè*
*Qui vidit ipſe, teſtis.*

(Eius latus aperitur, vt vera Petra & manat aqua & ſanguis ex aperto latere. Num. 20. Ezech. 47. Aperiuntur etiam ſepulchra, & oſſa mortuorum ſtrata recipiunt neruos carnem & ſpiritum, vt in agro, Ezech. 37.)

Ioh. 19.
Fractio crurum.
Fluxus cruentus & aqueus, de latere Chriſti transfoſſo decurrens.
Zach. 12.

21.

*Pro me ſceleſto, ô DEVS,*
*Qui factus es ſceleſtus.*

Rom. 4.
2. Cor. 5.

1. Ioh. 4. *Pro me cruci qui figeris,*
Epheſ. 2. *Sim liber, & beatus.*
Vide Bern. *Sit laus tibi, ſit gloria,*
ſermo 22. *Solatium crux ſit tua.*
ſuper cantica. *Meum, necis ſub hora.*
*Amen.*

## Ode 10. Dicolos heptaſtrophos &c. Vt præcedens.

Hora 4. De ſepultura CHRISTI, à Nicodēo Phariſæo & Ioſepho Decurione & ſenatore Arimathienſi ſepulti.

1.

Ioſeph Arimathiēſis. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioh. 19.

*Facto deinde veſpere*
*Arimathidos propinquat*
*Senator vrbis, pectore*
*Qui ius, bonum fouebat.*
*Vir diues, & CHRISTI comes*
*Occultus, hoc dirum nefas*
*Qui non probaret vnquam.*

2.

Luc. 23. *Nam praſtolabatur DEI*
*Regnum fidelis ille.*
*Is Pontium formidine*
*Poſita petit, rogatq;*

Gen. 50. ( Duo ſenatores Nicodemus & Ioſeph vngunt Chriſtum & inuoluunt linteis, ſicut Ioſeph patrem Iacob vngit.)

*Donaret*

*Donarier ſanctiſsima*
*CHRISTI ſibi cadauera,*
*Corpus pium, venerandum.*

3.

*Miratur hunc iam mortuum* Marci 15.
*Praeſes, ſimul necisq;*
*Tempus roget quò militum*
*Ducem iubet vocari.*
*Mox certior factus, DEI* Corpus Christi datum Ioſepho.
*Corpus ſacrum iubet dari*
*Hoc vnicè petenti.*

4.

*Mercatur ille ſindonem:*
*Adeſtq; Nicodemus.* Nicodemus Phariſæus. Ioh. 19.
*Qui viſerat CHRISTVM Ducem*
*Noctu, timore plenus:*
*Is nunc parat funebria*
*Soluiſſe iuſta mortuo,*
*Huic iuſta ferre gaudet.*

5.

*Ferens aloen, myrrham, DEI* Eſa. 53.
*Vterq; corpus vngunt.*
*Mox inuolutum ſindone*
** Buſto nouo recondunt.*
*Buſto reponunt proximo,*
*Ioſeph ab ipſo condito*
*In hortuli ſalebris.*

(* Sepelitur à Ioſepho Arimathienſi in proprio & recenti ſepulcro ſicut Patriarcha Iacob cap. 50.) Ioh. 19. Hora. 5.

Mulieres in Sabbatho quietæ ſecundū legē. Lucæ. 23

Claudunt euntes oſtium
Tumbæ, foresq́; ſaxo.
Matrum chorus buſti locum
Obſeruat ore mæſto.
Domum reuerſæ mortuo
Miſcent, parant aromata,
In Sabbatho quieſcunt.

7.

Dies ſaturni. 26. Martii. Matth. 27. Marc. 15.

Phariſæi & Sacerdotes tumultuātes in Chriſtū mortuū.

*O to dieq́; poſtero*
*Mox Pontium reuiſunt*
*Scribæ Sacerdotes, malo*
*Cæci furore dicunt:*
*Ponti, recordati ſumus,*
*Quod viuus hic dixit malus,*
*Poſt tres dies reſurgam.*

8.

*Ergò iube, miles tuus*
*Cuſtodiat ſepulcrum.*
*Ne forſan aſsit ipſius*
*Miniſter, & magiſtrum*
*Tollendo clàm pronunciet*
*Viuum, nouiſsimusq́; ſit*
*Error priore peior.*

9.

Sepulchrū cuſtoditur & obſignatur.

*Pilatus his: cuſtodiam*
*Habetis, ò abite.*
*Vt ſcitis, vrnam nunc eam*
*Cuſtodiatis ipſi.*

Signa-

*Signatur en ſaxum, ſua* Sabbathum redẽtionis.
*Buſto datur cuſtodia,*
*Quieſcit inde CHISTVS*

10.

*Es vita qui, IESV, mea* Chriſtus quieſcit in ſepulcro.
*Quies, ſalusq́ vera:*
*Sit ſempiterna gratia*
*Tibi, quod ipſe noſtra*
*Fers, ſepelisq́ crimina* Ioh. 11.
*Buſto, ſimulq́ Sabbatha*
*AEterna ſic reportas:*

11.

*DA, ô DEVS, buſtum tuum*
*Vt carcerem meorum*
*Diſcam, ſciamq́ criminum,*
*Nec horream ſepulcrum:*
*Da lætus illud penẽtrem,*
*Tecumq́ cæli patriam*
*Intrem beatus, amen.*

(Quieſcit CHRISTVS in ſepulcro triduum, vt Ionas Propheta in vtero ceti, Ionæ 1. Matth. 12. 18. Marci 8. Lucæ 11. & Ioſeph in ſuo carcere Gen. 39.)

## Ode 11. Monocolos Iambicis dimetris catal:

Vt tertia.

– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Cantilena veteris Eccleſiæ, admonens pios de ſumma φιλανθρωπίᾳ & patientia Chriſti in cruce, item de effectibus ſeu fructib. paſsionis & mortis CHRISTI. AGNVS DEI.

Iamb

Ioh. 1. O Lamb Gottes vnſchuldig.
1. Cor. 5. O agne ſancte PATRIS,
Matth. 11. Ara crucis immolate.
Eſa. 53. Semper reperte MITIS,
Iohan. 10. Quamuis in orbe ſprete.
1. Matth. 3. Cunctum ſcelus tuliſti,
2. Ioh. 3. Omnem metum fugaſti,
3. Rom. 8. Nobis faueto, IESV.

## Ode 12. Tricolos, triſtichos, trochaico dimetro Brachycatalectico, dimetro catalectico, & Iambico Monometro hypercatalectico.

1.

Chriſte du lamb Gottes. etc.

CHRISTE, Patris agne,
Qui ſcelus fers omnium,
Faueto nobis.

2.

Chriſte, Patris agne,
Qui ſcelus luis omnium,
Noſtri miſerere.

3.

Chriſte, Patris agne,
Qui mundi luis ſcelus,
PAX eſto noſtra.

Vt vulgus canit, vltimus verſus eſt Iambicus dimeter catalecticus:
Pacem dato perennem.

Ode

# Ode 13. Monocolos Iambicis dimetris cata. Vt tertia.

— — ∪ — | ∪ — ∪̄

Chriſtus, lauans pedes diſcipulorum exemplum eis præbet mutuæ dilectionis.

1.
In ipſa cœna geſta tria.
1. De Loti ne pedum.
2. De proditore Iuda.
3. παραίνεσις Chriſti ad diſcip.

1.

*CHRISTVS, fauore cordis*
*Victus, ſuis miniſter*
*Lauat pedes miniſtris:*
*Suos vt ille ſemper*
*Dilexerat benignus:*
*Sic diligebat ipſos*
*Et nunc ad vsq; finem.*

Ioh. 13.
PROP. 1.
Inſigne exemplum dilectionis & humilitatis CHRISTI.
Cauſa impulſ.

2.

*En tangit ordo Petrum,*
*Petrus recuſat vltrò.*
*Cui DEVS: tibi mecum*
*Non vlla pars, lauaro*
*Ni te: caput, manusq;*
*Mundentur optat: ille*
*Cui, ſat pedes lauari.*

Lotio PETRI.
1. Defectus.
Vide Theophylactum de ſignificat. pedum.
2. Exceſſus.
Reliquiæ peccati in renatis in hac vita manent.

3.

*Vos eſtis atq; mundi,* “
*Mundus tamen nec omnis.* “
*Nam proditoris ipſi*
*Techna, dolusq; notus.*
*Dicebat ergo mundi*
*Vos eſtis ô miniſtri,*

Notatio proditoris.

*Mundus tamen nec omnis.*

4.

Maximus inter vos ſit minimus.

1. Ab Apoſtolorum cõfesſione.

2. EGO Magiſter & Dominus veſter laui vob. pedes.

*Lotis toro miniſtris*
*Accumbit ipſe rurſus.*
*Vobis, ait, benè ſcitis*
*Quid ſecerim fidelis.*
*Me dicitis Magiſtrum*
*Veſtrum, Dominumq; Veſtrum,*
*Et ſum, manebo ſolus.*

5.

à maiori ad minus.

*Quod ſi pedes lauare* “
*Non erubeſco Vobis.* “
*Qui ſum Magiſter ille,* “
*Dominusq;, Patris aſtris* “
*Qui Vos locat, reponit,* “
*Et Vos decet, decebit,* “
*Vos inuicem lauetis :* “

6.

2. à conſequenti.

3. à prop. ſeu relatiuis.

*Vobis dedi paradigma,*
*Veſtrum ſequatur omnis.*
*Mittente ( dico Vera )* “
*Non maior ipſe miſſus,* “
*Seruus* Domino*ue : ſcitis* “
*Hæc corde ſi fideles,*
*Eſtis pii, beati.*

7.

2.

*Non dico Vos beatos*

*Omnes, meo cruore* 1. De proditore Iuda.
*Noui, ſcioq́ lectos :*
*Sed pagina ſacrata*
*Vox impleatur : ecce* “
*Conuictor ipſe calce* “ Pſalm. 41.
*Me nunc petit miſellum.* “

8.

*Prædico cuncta vobis* 2. Quare prędixerit.
*Hæc, accidant priusquam.*
*Vt facta me ſciatis* “
*Hunc eſſe, ritè miſſum.*
*Quem mitto, qui receptat,* “
*Is me piè receptat,* “
*Receptat ille patrem.* “

9.

*Iuſſum nouum do vobis* Nouum præceptũ de mutua dilectione.
*Vt diligatis omnes*
*Vos mutuo : ſit vnus*
*Amorq́, mensq́ cunctis.*
*In hoc videbit omnis* “ Fructus ſeu finis.
*Quod illa turba ſitis,* “
*Quæ me colit, veretur.* “

10.

*Qui, Chriſte, corde mitis*
*Lauas pedes miniſtris.*
*Da mente, corde mites* 1.
*Nos inuicem lauemus.*
*Summum tuum fauorem,*
*Summamq́ caritatem*

*Sanctè, piè ſecuti.*

11.

*O abluas reatus,* 2.
*IESV benigne, noſtros.*
*In te ſine labe ſimus,* 3.
*Tuis in ambulemus*
*Viis, tuæq; voci*
*Obtemperando verè*
*Simus tui miniſtri.*

# Ode 14. dicolos hepta- ſtrophos, carmine Iambico dimetro acatalect. & catal.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄
– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Paræneſis æterni filii Dei, Domini
8. ac ſaluatoris noſtri IESV Chriſti
ad diſcipulos, vt diſceſſum ſuum ad
Patrem æquo animo ferant.

Iuxta melod. **Es iſt das heil.**

1.

Ioh. 14. Prop. Ferte diſceſſum meum æquo animo

1. Ab honeſto ſeu prop. fides.

*TVrbetur haud cor, ô mihi*
*Sacrata turba, veſtrum.*
*Quin fata, diſceſſum piè*
*Nunc ſuſtinete noſtrum.*
*Si creditis vos in DEVM,*
*Credatis & in me filium,*
*Miſſum ſinu Parentis.*

2.

2. Ab vtili.

*Eſt manſio vobis mei*
*In arce multa Patris.*

Ad

*Ad vos reuertor & breui*
*Aſſumo ſic fideles*
*Vos ad me ipſum: quin locum*
*Quo vado ſcitis, quin viam*
*Vnam: ſacramq́; ſcitis.*

à Prop. Via crux paſsio. à conſeq.

5. à ſpe reditus.

3.

*Qui credit in me, præſtiti*
*Quæcunq́;, præſtat vltrò.*
*Maiora quin facit, mei*
*Nam regna Patris intro.*
*Petetis inq́; nomine*
*Quicquid meo, faciam: benè*
*Celebro ſic Parentem.*

6. Ab effectu.

7. Ab exauditione.

4.

*Rogabo tunc patrem meum,*
*Vobis alium dabitq́;*
*Paraclitum, qui ſeculum* “
*Vos roboret, regatq́;:* “
*Qui veritatis ſpiritus,* “
*Quem non receptat orbis is,*
*Non nouit orbis illum.*

8. Ab vtilitatibus.

“ Abiturus “ Paracl. ali“um vobis mitto.

SPIRIT. Sanctus Sp. veritatis.

5.

*At vos eum cognoſcitis,*
*Vobis ineſt, manetq́;,*
*Non orphanos vos linquimus,*
*Vos viſitabo ritè.*
*Mox cernet haud me mundus is,* “
*At vos mei me cernitis,* “
*Cernetis inq́; ſeclum.* “

9. Non relinquam vos orph.

6.

10. *Nam viuo ô cariſsimi,*

Ego moriens viuo, & vos viuetis.

*In morte viuo, viuus.*
*Viuetis & vos ô mei:*

11. *In hoc die ſcietis,*

à commodo.

*In Patre manere me meo,*

Poſt meum diſceſſum pleniorem mei habebitis cognitionem.

*In meq; vos meta ſine,*
*Vobis in & me ipſum.*

7.

12.

à propr. dilectionis.

*Diligitis ſi me mea*
*Seruate iuſſa corde.*
*Præcepta qui ſeruat mea,*

Effectꝰ dilect. Chriſti.

*Me diligit: benignè*
*Hunc diligit pater meus,*
*Hunc ipſe diligo bonus,*
*Huic me reuelo ſoli.*

8.

*Hic Trinitatis manſio*
*Erit, manebit vnus.*

13. *Paraclitus quem è polo*

à proprio officio S. S.

*Summo parente miſſus,*
*Vos hæc docebit omnia,*
*Vobisq; ſuggeret mea,*
*Quæcunq; dico vobis.*

9.

à fine paſſ. Chriſti.
ta pacem vobis mere
bor ſempiternam.
Pax Chriſti quæ.

*Vobis relinquo ſic meam*
*In orbe, deq; pacem.*
*Non quomodo mundus ſuam*
*Vobis do, linquo pacem.*

*Ne veſtra turbet pectora* — Propoſ. repetitio.
*Formido, neue frigida*
*Tremor per oſſa currat.*

10.

*Audiſtis ego quod dixerim,* — 15. à proprio dilectionis.
*Vado, reuertor atq;*
*Ad uos: pro ſi me Ducem*
*Veſtrum fouetis igne:*
*Gaudete, quod vado Patrem*
*Lubens, volens nunc ad meum,*
*Me namq; maior ille.* — " Pater maior me eſt.

11.

*Fiant priusquam ſingula* — Concl.
*Hac cuncta, dico vobis.* — Cur hoc præmoneat.
*Vt facta, credatis: mea* "
*Poſtrema nunc habetis.*
*Mundi Tyrannus nam venit,*
*Nil iuris in me nunc habet,* — Innocentia Chriſti.
*Nil in futura ſecla.*

12.

*At mundus iſte quò ſciat,* — Verę cæ, paſſ. Chriſti.
*Quod diligo Parentem.* — 1. Dei Patris voluntas.
*Et iuſſa, quæ mihi dedit,* — 2. Obedientia filii ſpō-tanea.
*Praſtare non recuſem.* — Præciſio.
*Eamus hinc, mox ſurgite,*
*Pœnis, necq; pectore*
*Non me negabo triſtis.*

## Ode 15. Monocolos hexaſtrophos, Iambico dimetro, acatalectico.

– – v – | – – v v̄

Hæc in via geſta ſunt.

Diſcipulis conſtanter in CHRISTO perſeuerandum, exemplo vitis & palmitum.

Iuxta melod. Vater vnſer im.

1.

Ioh. 15.

*SVm vera vitis, eſt Pater*
*Meusq́; verus vinitor :*
*Is tollit omnem palmitem*
*In me putrem, non fertilem :*
*At fertilem purgabit is,*
*Fructus ferat quam plurimos.*

2.

*Ob iuſſa, quæ vobis dedi,*
*Nunc eſtis ô mundi, pij:*
*In me manete, ceu ego*
*Vobis in : vt palmes ſuo*
*Non abſq; vite fertilis,*
*Sic vos ſine me nec vtiles.*

3.

*Sum vitis ego, vos palmites,*
1. A conſequenti. *In me manet qui ſtrenuus,*
*In cuius ipſe pectore*
*Viuoq; ſumq; maxime*
2. Ab impoſsibili. *Fructus bonos fert, me ſine*
*Fas præſtitiſſe nil benè,*

4. In

4.

*In me manet qui non pius,*
*Palmes velut foras malus*
*Eiectus, areſcit citò,*
*Collectus in faſces citò.*
*Cremandus igni traditur,*
*Ad regna Ditis mittitur,*

Antitheſis.

5.

*In me pijs ſi mentibus,*
*O care grex, manſeritis,*
*Si manſerintq; dogmata*
*Vos inter hæc ſemper mea:*
*Quicquid petetis à Patre,* "
*Vobis dabit mora ſine.* "

3. Ab effectu.

6.

*Hæc vna laus mei Patris,*
*Si copioſos editis*
*Fructus, & efficiamini*
*Fratres, & intimi mei:*
*Ceu vos amat Pater meus,*
*Sic vos amo cariſsimos.*

4. à Propiorum.

5. à correlatiuis.

7.

*Maneta, fratres, in mea*
*Dilectione: ſi mea*
*Statuta ſeruaueritis,*
*In hac piè manebitis,*
*Vt iuſſa Patris ſeruans ego*
*Amore Patris manſito.*

6. Ab vtili. Quo maneant in dilectione.

8.

*Hæc dico vobis, gaudium* "



Vt

7. Vt duret in vobis meum "
á fine. Tandemq; veſtrum gaudium "
Plenum ſit omne ſeculum, "
Et nulla vis nullus labos "
Id turbet, aut Dæmon malus. "

9.

Iuſſum do vobis hoc meum,
Præceptum Vos diligatis inuicem.
de mutua Vt diligo vos vnicè:
dilectione. Nemo poteſt ſuos magè "
Amare quam ſi prodigus "
Dat ſanguinem pro fratribus. "

10.

Diſcipuli & omnes pii amici Christi nō ſerui.

Vos eſtis intimi mei
Feceritis ſi, tradidi
Quæcunq; vobis: non meos
Vos dico poſthac ſeruulos:
Nam mens Domini mitis, bona.
1. Eſt ſeruulo non cognita.

11.

Quin vos amicos nunc meos
2. Dixi, patris dum patrios
Senſus voluntatem ſacram
In vos, in omnem perditum,
Reuelo, propter me, ſuum,
In vos habet quam, filium.

12.

3. Legiſtis haud me, quin ego

*Vos ſolus elegi, citò*
*Fructum feratis, fructus &*
*In ſecla veſter manſitet,*
*Parensq́; det vobis, meo*
*Quicquid rogatis nomine.*

## Ode 16. Monocolos Trochaico dimetris Brachycatalectis.

– ∪ – ∪ | – | ∪̄

Odium huius mundi diſcipulis prædicit, & cur paruifaciendum, monet.

Iuxta melod. Gottes ſohn iſt.

1.

H*AEc relinquo vobis* Ioh. 15.
*Iuſſa ſacra, mentis* Iteratio
*Vos vt inter arctum* præcepti
*Seruetis fauorem,* de mutua
*Vos ſit inter vnus* dilectione.
*Senſus, ardor vnus.*

2.

*Quod ſi vos furente,* ODIVM
*Impiaq́; mente* mundi.
*Mundus odit iſte,* Cur parui-
*O tenete, ſcite,* faciendum.
*Me prius quod ille* 1. à ſuo ex-
*Oderit malignè.* emplo.

3.

*Si fores caterua* 2. à prop.
*Huic dicata mundo.* mundi.

*Te fouere mundus*
*Impius, ſceleſtus,*
*Vt ſuum ſuaue*
*Pergeret benignè.*

4.

*Aſt es haud parata,*
3. *Grata turba mundo:*
à Proprio *Me per es paterni*
Diſcipul. *Lecta turba regni:*
*Odit hinc miſellos*
*Vos malus iſte mundus.*

5.

*Diximus quod antè*
*Scite, ô tenete:*
4. *Non in orbe maior*
à connexis. *Eſt hero miniſter,* "
*Nec suprà Magiſtrum,* "
*Qui docetur, ipſum.* "

6.

*Siq; proſecuti* "
*Corde me minaci,* "
*Proſequuntur & vos:* "
*Si meaſq; voces.* "
*Audiere, voces* "
*Audientq; veſtras.* "

7.

*Hoc ſed omne vobis* "

*Mundus*

*Mundus iſte ſtultus* "
*Præſtat ob ſacratum* "
*Nomen Vſq; noſtrum,* "
*Quod meum parentem* "
*Nouit haud mittentem.* "

5. à Cauſa προκατ. ſeu princ. Occaſio perſecutionis piorum.

8.

*Mens mihi venire*
*Ni fuiſſet, hoſce*
*Vt pius monerem,*
*Singulos vocarem,*
*Crimen haud haberent,*
*Crimen haud fouerent.*

1. à dn̄a. Chriſti.

Amplif. quid ſcil. de Iudæorum pertinacia & ignorantia ſtatuendū. Iudæi inexcuſabiles

9.

*Nunc quid hi coloris*
*Afferent furoris?*
*Iuſta reſpuentes*
*Hæc paterna: quisquis* "
*Verba prolis odit,* "
*Iuſſa PATRIS odit.* "

10.

*Facta ni ſtupenda*
*Fas fuiſſet, iſta*
*Præſtitiſſe verbo*
*Præpotente, nemo*
*Quæ peregit vnquam,*
*Quæq; vidit vnquam:*

2. à mirac. Mirac. Chriſti 1. ſtupenda. 2. Inter Iudæos edita. 3. Talia qualia fecit nemo vnq.

11.

*Se purgare poſſent,*

Labe quod carerent :
Vidit hac at omnis ,
Spreuit hac & omnis :
8. à cauſſa Quin odere Natum
priuc. Me, meumq́; Patrem.

12.

Sermo ſic ſacratus,
Iſta præmonentis,
4. à. teſt. Numinis repletur:
Pſalm. 83. Ecce perſequuntur
Me bonum, miſellum,
Prorſus innocentem.

13.

Cum Paracletus ille ,
Ioh. 16. Mitto quem ſupernè
6. à teſtim. A Parente vobis,
S. S. Pneuma veritatis,
1. S. Sancti. Venerit, à parente
Qui procedit ipſo:

14.

Teſtis ille de me ,
2. APoſtol. Teſtimoniumq́;
7. à teſtim. Dicet ipſe, teſtes
Apoſtolor. Ecce vos & eſtis ;
Vos enim fuiſtis
Grex mihi fidelis.

15.

ἐπανόρθω- Iſta ſum locutus ,
σις.

Cris

*Cara turba, vobis,*
*Noue ſcandalizent,*
*Neue veſtra turbent*
*Corda, dira ſecla*
*Paulò poſt futura.*

Quare nūc præmoneat & non prius.

De cruce Apoſtolor. Arguméta tria.

16.

*Namq́ vos remouebūt,*
*Voſq́ ſeparabunt*
*A ſuis Synagogis:*
*Quin placere Diuis*
*Se nimis putabunt,*
*Vos vbi necabunt.*

Furor Phariſæorum & impio.

1. Acto 5.
1, Cor. 4.
2.

1. Excommunicatio
2. Occiſio.
3. Mors illorum λατρεία.

17.

*Hoc facientq́ vobis,*
*Quod mei parentis*
*Nomen haud ſacratū*
*Nec meumq́ nomen*
*Noſſe, ſcire gaudent,*
*Noſſe, ſed recuſent.*

à natura hoſtium.

18.

*Cuncta dico vobis*
*Hac, mei fideles,*
*Accidant priusquam*
*Hæc vti quisq́ veſtrum*
*Ingruentibus me*
*Sit memor monuiſſe.*

Cur hæc prçmoneat

19.

*Hactenus ſed iſthac* cc
*Non fuit neceſſe* cc
*Iudis* cc

*Indicare vobis.*
*Namq́; me fuiſtis:*
*Ordinante lati,*
*Protegente tuti.*

## Ode 17. Tricolos enneaſtrophos, carmine Iambic. dimetro acatal. & catalectico: deinde Trochaico Monometro, & Iamb. dimet. Brachycatal.

– – ∪ – | – – ∪ ∪̄
– – ∪ – | ∪ – ∪̄
– ∪ – ∪̄
– – ∪ – | ∪ – ∪̄

Diſcipulis neque propter aditum Chriſti ad Patrem, neque in cruce propria, quantumuis ardua, deſperandum.

Iuxta melod. Jch ruff zu dir. &c.

Prædictio de paſſ. ſua repetita.
*
1. Ita mittitut piis S.S. conſolator.
2. Crucem piorum efficit puſillam, breuem.
3. Exaudiuntur diuinitus pii.
Paſsio Chriſti omnibus piis ſalubris
De officio S.S.
Off. S.S in non re.nati

1.

*NVnc ad patrem vado, bonus*
*Qui me, piusq́; miſit.*
*Nemoq́; veſtrum, quò DEVS,*
*Quo vadis? ecce quærit.*
*Vobis ſed iſta dum loquor,*
*Cor eſt timore veſtrum*
*Occupatum:*
*Sed vera proloquor,*
*Eſt hoc ſalubre vobis.*

2.

*Ni vado, non ad vos venit*
*Solator ille verus.*
*Aſt hinc abiens, ad vos venit,*
*Hunc mitto vos ad vnus.*

Cum

*Cum venerit, ſacer, grauis*
*Mox arguet potentem*
*Teſtis orbem*
*De labe, iuſtitia,*
*De iudicio profano.*

1. ἐλέγχειν arguere.

2.

*De labe, quod non pectore*
*In me credunt fideli.*
*De iuſtitia, quod nunc eo*
*Ad Patris aſtra noſtri,*
*Me nec videtis amplius:*
*De iudicio, quod huius*
*Præſes orbis.*
*Iam iudicatus eſt,*
*Manetq; iudicatus.*

1. De peccato.
2. De iuſtitia Dei quã contemnit.
3. De iudicio, corrupto ſcil.

4.

*Sunt multa, vobis dicerem*
*Quæ, ferre non poteſtis.*
*Cum venerit ſed ille, quem*
*Flatum fero veritatis:*
*Hic vos docebit omnia,*
*Quæ vera, nonq; de ſe*
*Dicet ipſe,*
*Ventura, cognita*
*Annunciabit ille.*

Concl. loci de off. S.S. in impiis.
Officia S.S. in piis ſeu reuatis.
1, ὁδηγεῖν
2. λαλεῖν.
3. ἀναγγέλλειν.

5.

*Is neq;, nomen & meum*
*In hoc ſacrabit orbe.*
*Nam de meo ſumens, meum*
*Vobis loquetur ille.*

Adquẽ finem hec omnia facturus S. S.

*Quæ*

Quæ ſunt Patris, ſunt & mea,
Hinc dico, quæ docebit,
Quæ ſonabit,
Sumetq́ de meo,
Vobisq́ nunciabit.

6.

Vaticiniū de cruce ſua, & piorum.
μικρόν
Puſillum.
crux Christi & piorum.

Iam paruulo me tempore
Cernetis haud amici.
Rurſumq́ paruo tempore
Me corde vos alacri
Videbitis: nam limina
Patris reuiſo: quorſum
Terror hic? num
Prorſus recondita
Videntur iſta vobis?

7.

Explan: per Antith.
1. Plorab.
Gaudebit.
2 Mæror Gaudium.

Quæ dico vobis, credite
Nunc mente & fideli:
Veſtræ fluent lacrymis genæ,
Plorabitis miſelli:
At mundus iſte gaudium
Gaudendo ſubilabit:
Vos grauabit
Mæror, ſed gaudium
Vertetur in perenne.

8.

Simile plenum conſolat.
De gaudio

Cum partus inſtat, fœmina
Habet ſuum dolorem,
At facta iam puerpera,
Vt edidit puellum,

Secura

Secura iam gaudet malis
Nec eſt memor pericli,
Quod puelli
Eſt ſacta blanduli
Campos, Deo ſauente:

9

Sic Vos habetis nunc graue
Qui pondus, onus doloris:
Qui fertis atq; nomine
Hoc pro meo labores:
Habebitis mox gaudia,
Quæ nulla Vis malorum.
Aut laborum
Moles licet ardua,
In tempus omne tollet.

Gaud. perpetuum.

10.
Vobis mei cariſſimi
Promitto, dico Verè.
Quæcunq; poſcetis pii
Ad nomen à Parente
Noſtrum, dabit Vobis benè:
Nil hactenus petiſtis,
Nil rogaſtis
Noſtroq; nomine,
Summum meum parentem.

8.
Promiſsio de exauditione.
De Oratione, & illius præſtantia.
Oſcitantiæ in petendo obiurgatio.

11.
Mox auferetis, poſcite, "
Sunt certa Vota Veſtra. "
Perfecta ſunt & gaudia. "
Eruntq; cuncta Veſtra. "

Mandatum orandi.
Quia accipieti.

Concl. & Gaud. verat. de paſ. ſione ſua. 1. Ruditas diſcipulor. — ſtrum erit perfectum.

*Videntur hæc prouerbia*
*Vobis, latentq́ cunctos,*
*Quæ locutus,*
*Oracla recondita,*
*Satis nec explicata :*

12.

Tempus promittit magis commodum, ad intelligendum orandum, & accipiendum.

*Sed tempus eſt, prouerbia* 1.
*Quo nulla dico vobis.*
*De Patre plana nuncia*
*Omnes ſed audietis.*
*Et tunc petetis nomine* 2.
*Vos in meo : Parentis*
*Non egetis* 3.
*Vt voce ſupplice*
*Vobis rogem fauorem.*

31.

Φιλανθ. Dei Patris cur magna. πάθος.

*Dignatur ipſe vos PATER*
*Plus quàm patrio fauore.*
*Quod me fouetis, quod Pater* 1.
*Me miſit, atq́ certè* 2.
*Quod credidiſtis : exii* "
*A Patre, viſo mundum :* "
*Linquo mundum* "
*Nunc rurſus, & mei* "
*Reuiſo Patris aſtra.* "

2. Quomodo exceperint hanc orat. apoſt:

14.

*Quod dicat haud prouerbia*
*Fatentur hinc amici.*
*Quod ipſe norit omnia.*
*Neceſſe nec rogari.*

Habeat,

*Habeant, quod à DEO patre*
*Et venerit: ſed hiſce*
*Dicit: ecce*
*Iam creditis, breui*
*Me deſeretis omnes.*

„ 1. Accuſatio Chriſti
„ præſumtionis diſci-
„ pulorum.
Prædicit
fugam.

15.

*Sed ſolus haud ſum: quin meus,*
*Qui cuncta flectit vnus.*
*Mecum parens: ad vos bonus*
*Hæc cuncta ſum locutus,*
*Vt pace poſſitis frui*
*Omnes mea: labores*
*Hic habetis,*
*Durate ſed, manu*
*Vici potente mundum.*

Chriſtus nititur non
diſcipulorum copia:
ſed 1. potentia Dei.
2. Sua cauſa.
Cauſæ finales quid
inde. diſc.
1.
2.
3.

## Ode 15. Monocolos vt decima ſexta.

Preces CHRISTI æterni filij DEI
pro ſe, diſcipulis ſuis, & pro
Eccleſia ſua.

EXORD.

*HAEc pro locutus*
*Ore, corde IESVS,*
*Ad domos leuatis*
*Cæli, as ocellis,*
*Mæſtus ingemiſcit*
*Has precesq́; fundit.*

1. oculis
*eleuatis*
2. *Mæſtu*
3. *Ingemiſ-*
*ſcens.*

1. Quando hæc oratio
habita ſit.
2. Quo geſtu oraue-
rit.

2.

NARR.

*O ſupreme ventum,*

N *Eſt*

| | |
|---|---|
| 1. pars pro ſe, | *Eſt, pater, ad ſupremum:* |
| & ſua morte. | *Hora mortis inſtat,* |
| | *Ecce finis inſtat,* |
| | *Quem mihi dediſti,* |
| | *Solus ordinaſti.* |

3.

| | |
|---|---|
| 1. PROP. | |
| Eripe natum ex mor- | *Glorificato, natum* |
| te glorioſa reſurrecti- | *Nunc tuum benignum* |
| one. | *NATVS vt benignus* |
| 1. vt filius glorifi: te | *Glorificare rurſus* |
| à cauſ. fin. | *Te modo ſtupendo* |
| | *Poſſit hoc in mundo.* |

4.

| | | |
|---|---|---|
| 2. á ſimili | 1. | *Huic velut dediſti.* |
| ſeu fine. | Pſal. 8. | *Propriam dicaſti* |
| Vide Cyril. | 1. Cor. 15. | *Carnis omnis omnem* |
| lum. | Eph. 1. | *Hoc in orbe carnem.* |
| | Col. 1. | *Det datis ſibi vita* |
| | 2 | *Dona ſempiterna.* |

5.

| | | |
|---|---|---|
| | 3. | „ *Hac aterna vita,* |
| Vita æt. | à modo | „ *Noſſe mente tota* |
| quid. | quo per- | „ *Te DEVMq́; verum,* |
| | uenimus | „ *Te DEVMq́; ſolum,* |
| | advitam | „ *FILIVMq́; IESVM,* |
| | æternam. | „ *Te mittente miſſum.* |

6.

Laus tua clara facta 1.
Rite voce noſtra,
Nunc opus peregi,
Quod mihi dediſti : 2.
Me piè ſequenti, 3.
Sic polum recluſi.

4. à fine ſui officij. Opus prædicationis, Finis.

7.

O mihi parata. "
Gloria nunc ſit illa, "
Quam manu potente. "
Patriaq́ mente, "
Tu mihi paraſti "
Antè ſecla mundi. "

Explan. qualis ſit illa gloria.

8.

En tuumq́ nomen 1.
En tuum fauorem
Tradidi miſellis,
Quos in orbe nobis
Ipſe ſuperaſti,
Ipſe tradidiſti.

1. Docuit nomen patris. 2. docuit ſuos.

5. à conſeq. Eſtq́; hoc proprium officium Meſsiæ.

9.

Ordo electionis.

Hi tui, tua ſola 1.
Sunt, eranq́ curæ,
Hos mihi dediſti, 2.
Ipſe conſecraſti,
Hi tuum ſacratum 3.
Audiere verbum.

Encomiũ diſcipul. Chriſti.

10.

 Nunc

**Quid docuerit diſcipulos**

1. *Nunc ſciunt, hoc omne*
*Et tuum fuiſſe,*
*Quod meum: fidelis*
*Tradidi miſellis*
2. *Verba, quæ fideli*
*Tu mihi dediſti.*

11.

3. *Hiq; corde, mente*
*Me ſciunt, fouentq;*
4. *Me fatentur à te*
*Exiiſſe verè:*
*Quod PATER miſiſti*
*Me ſciunt, tenentq;*

12.

2. Pars: preces pro diſcipulis

*Hoc tegas, gubernes*
*Hos regendo ſerues,*
Prop. Oro pro mihi donatis.
*Oro, corda praui*
*Praua tetra mundi*
*Protegas tuendo,*
*Aſſeraſq; nolo.*

13.

1. à correlatiuis. Vide ſup. cap. 1.
*Sed tuos tibi trado,*
*Pro meis & oro,*
„ *Sunt* TVI: *TVVMq;*
Epheſ. 2
„ *Eſt* MEVM, MEVMq;
2. Nomen tuum ſeruauerunt. à propr.
„ *Eſt TVVM, per illos,*
“ *Noſtra laus celebris*

14.

*Iamq;*

*Iamq; linquo mundum,*
*Sed mihi ſacratum*
*Agmen hoc in orbe*
*Viuit, ambulatq;,*
*Reppeto TVáq;*
*Sacra ſceptra dextræ.*

3. à conſeq.
Et nõ amplius ſum in mundo, ſcil. corp. præſentia.

16.

*Hos tuere, ſancte,*
*O Pater benignè*
*Hos tuere ſartos*
*Solus, atq; tectos.*
*Sint velint vt vnum,*
*Nos ſumus velut vnum.*

Repet. propoſit.

4. à cauſa finali.

17.

*Nullus ex ijsq;*
*Perditus malignè,*
*Filius niſi triſtis*
*Ille perditionis:*
*Scripta ſic Prophetæ*
*Sunt repleta ritè.*

5. ab exõ Iudæ, qui conſeruari non potuit. Iudas filius perditionis. Pſal. 41.

18.

*Nunc reuertor ad te,*
*Hæc & hoc in orbe*
*Inter hoſce fundo*
*Imo corde fundo,*
*Gaudium miſellis*
*Vt meum ſit illis.*

6:
à Cauſa fin.
1.
Vt habeant Gaudium ex reſurr. Chriſti.

19.

*His tuum ſacratum*
7. à communiter accid. " *Tradidiq́; VERBVM.*
" *ODIT hoſq́; MVNDVS,*
" *Non huic dicatos*
" *Catus, huius vt ipſe*
" *Ducor haud honore.*

20.

" *Ex hac valle mundi*
" *Hoſce nolo tolli,*
2. " *Sed rogo periclis*
Vt ſeruentur in " *Hos tegas in arctis,*
malis. " *Ceu ego ſunt nefandi*
Cur ſint in odio " *Non de fece mundi.*
apud mundum.

21.

8. à propr. conſecrati " *Hoſce veritate*
TVO VERBO malis " *in TVA ſacrato:*
nullis auerti poſ- " *Nam tuum ſacratum,*
ſunt. " *Inclytumq́; verbum,*
" *Corda ritè ſacrat,*
" *Corda ritè firmat.*

22.

à Correlatiuis. *Sicut hunc in orbem*
*Me, Parens, patentem*
*Mittis, Ecce mitto*
*Sic potente dextra*
*Hos & hunc in orbem*
*Impium, minacem.*

23.

Pro meis meipſum
His, caputq́ noſtrum
Deuouere certum:
Sint vt per meipſum
Turba fida, ſancta,
Plebs tibiq́ grata.

10. à Merito Chriſti.

" Cauſa finalis
" mortis ac paſſ.
" Chriſti,

24.

Haſce nec paternas,
Intimasq́ voces
Fundo, ſpargo tantum
Hiſce, pro docentem
Quiq́ me complexi,
Quiq́ me ſecuti:

III. pars: preces pro tota Eccleſia.
PRO QVIBVS oret.

25.

Quin eos querelis
Comprehendo noſtris,
Voce qui ſalubri
Horum credituri
In TVVMq́ NOMEN,
In MEVMq́ NOMEN.

AD QVAM DOCTRINAM ſimus alligati.
Periphr. Eccleſiæ veræ vſq; ad conſumat. ſeculi

26.

Prædicent vt vnum,
O fateantur vnum:
Sint, velint & vnum
In NATO PARENSq́,
NATVS in PARENTE.

" QVID illis precetur.
" 1.
" Vnitatem ſeu
" concord.

27.

2\.

Aliorum conuerſ. ad verum Deum exō. apoſt.

" *Credat iſte mundus,*
" *Sum quod ipſe miſſus*
" *Te iubente PATRE,*
" *Gloriam datamq́;*
" *His dedi quod omnem,*
" *Gloriam perennem.*

28\.

" *Sint, velint vt vnum,*
" *Vt ſumus Nos* VNVM
" *His in ego miſellus,*
" *Inq́; me, SATOR orbis,*
" *TV PARENS, vt vnum*
" *Manſitent in æuum.*

AD QVEM finem.

29\.

Vt mundus cernat hunc cætū, quantumuis exiguum â te delegi.

*Cernat atq; mundus*
*Tu PATER quod vnus*
*FILIVM miſiſti*
*Huncce corde miti*
*Diligisq́; cætum*
*ME foues vt* IPSVM.

30\.

*Eſt meumq́; votum*
*O parens, hoc vnum.*
*Sint omnes vt illi,*
*Quos mihi dediſti,*
*Cum choro piorum*
*Abſq; fine mecum.*

Vt conſeq. æt. beatitud.

31\.

Aſpi-

*Aſpiciant Vt ipſi*
*Quam mihi dediſti,*
*GLORIAM ſacratam,*
*Atq; ſempiternam:*
*Quodq; NOS amaſti*
*Ante ſecla mundi.*

Vt videant Gloriam meam.
Eſa. 64.
1. Cor. 2.
Vt pateſcat AMOR TVVS in me filium.

32.

*Te PARENS, hic omnis,*
*IVSTE, noſcit orbis:*
*At EGO PARENTEM*
*TE ſcio potentem,*
*Quodq; me miſiſti,*
*Hi ſciunt amici.*

Vt ſciant ME à TE miſſum.

33.

*Hiſce, te retexi,*
*Dum ſuper orbe Vixi:*
*Clarius retexam,*
*Vt tuus cor horum*
*Iungat, Vrat ardor,*
*Noſter Vrat ardor.*

CONCL. addit ſpem de futuro.

## Ode 19. Tricolos triſtrophos &c. Vt duodecima.

– ∪ – ∪ – ∪
– ∪ – – ∪ | – ∪ ∪̄
∪ – ∪ – ∪̄

Preces Lutheri pro pia & ſalutari meditatione paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ in Eccleſia quotannis vſurpantur.

Iuxta melod. Chriſte du Lamb, etc.

1.

O Pater ſupreme,
Sempiterne ô DEVS,
DEVS benignè.

2.

Pro tuis miſellis
FILIVM cariſsimum
Qui tradidiſti:

3.

Ad necem dediſti
Ad necem dira crucis,
λύτρον dediſti.

4.

Nos ab hoſte diro
Eius & potentia
Vt liberares.

5.

Da celebritatem
Ipſius CRVCIS ſacro
Piè colamus.

Daß

6.
Deq; paſſioni
Ipſius ſit inclyta
Grates agamus:

7.
Vt remiſſionem
Hanc per omnis criminis
Poſſideamus:

8.
Et redemtionem
Sic ab aterna nece
Conſequamur omnes.

9.
Per tuum benignum
FILIUM, noſtrum DEUM.
Dominumq; noſtrum.

10.
Qui PATERq; tecum.
SPIRITUq; cum SACRO
Regnat in aeuum.

Amen.

## Ode 20. Monocolos Vt prima.

– –∪ – | – –∪ ∪̄

Viola Martia, typus IESV Chriſti Saluatoris noſtri, pro nobis in ara crucis immolati.

Iuxta

Iuxta melod. Sanctus Paulus die

1.

SVm prima, ſum gratiſsima
Veris noui prænuncia,
Illius atq; temporis,
Quo Paſcha factus eſt DEVS:

2.

Creſcens in vmbroſis locis
Nullis hominum cogentibus,
Bino colore prodeo,
Ianthino, ſimul aureo.

3.

Vilis quidem, quærentibus,
Pergrata ſed mortalibus:
Odor meus quod optimus.
Multoq; fragrantiſsimus.

4.

Capitis dolores mitigo,
Et ſuauiter refrigero:
Meumq; ſcorpionibus,
Eſt ſemen aduerſum malis.

5.

Salubris ea obnoxijs
Morbo caduco paruulis:
Nocens & inflammatio
Mox cedit auſpicio meo.

At

6.
*At plurimorum pes terit*
*Me durus, hei tortum terit!*
*Verſo cucullum reſſero*
*Hinc flore, flore praſcio.*

7.
*Hos, ô homo, typos meus*
*Non indidit fruſtrà Deus*
*Mihi, noua quæ primula*
*Veris Vocor prænuncia.*

8.
*O tempus hoc conſidera*
*Quo Vernat en ſalus tua,*
*Quo panditur tibi polus,*
*Amiſſus à parentibus.*

9.
*O me monente tam ſacra*
*Gratus reuerere tempora,*
*Factus quibus pro te ſcelus*
*Repertus in quo non dolus.*

10.
*Is natus Vmbroſis locis*
*In his miſellus paruulus,*
*Cogente nullo naſcitur,*
*Cruce Volens affigitur.*

11.
*Ob te ſuam fert purpuram*
*Sudat cruentum ſanguinem,*
*Pro teq; quàm largiſsimè*
*Pluit profuſo ſanguine.*

12.

Et eſt tamen verus DEVS.
Promiſſus is SILOH, Gygas,
In carne triumphat qui ſua,
Seruetur vt CARO tua.

13.

Vilis quidem, vermis, viris
Opprobriumq́ plurimis:
At multo fragrantiſſimus
Odor grauatis mentibus,

14.

Nefas inharens mitigat
Et ſuauiter refrigerat
Verè laborantes, ſuum
Verè fatentes & malum.

15.

Suo ſacrato ſanguine
Lethalis ictus Scorpij
Morbosq́ cunctos pectoris,
AEſtusq́ ſanat corporis.

16.

Ingrate, va tibi, tuis
Qui nunc pedibus, blaſphemijs
Teris, vibras hac inclyta
CHRISTI potentis vulnera.

17.

Deſiſte, conſumens DEVS
Eſt ignis, ô tantum ſcelus
Non vindicare non poteſt,
Deſiſte ô, dum tempus eſt.

18.

Cucullus hic ſemper manet,
In inferis ipſis manet,
Cunctos, DEI ſanctiſsima
Qui negligunt hæc vulnera.

19.

At hæc ſacrata vulnera
Qui mente ſupplici, bona,
Colunt, habebunt gaudium
Summ, perenne gaudium.

ULB Halle 3
004 953 606

TA-06

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0211-3



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0212-9

Cl. 2391.

# Bartholomæi Fren-
celij Côtheni

## ODARVM SA-
CRARVM LIBRI
TRES:

De incarnatione, rebus geſtis, &
Crucifixione Domini ac ſeruatoris
noſtri IESV CHRISTI.

EX VETERI ET
NOVO TESTAMENTO

Additæ etiam ſunt in ſingulis libellis
cantilenæ primitiuæ Eccleſiæ, LVTHERI,
& aliorum, de iiſdem beneficiis pios
erudientes, in Eccleſia decan-
tari ſolitæ.

*VVITEBERGAE*

*Ex Officina Cratoniana.*

*ANNO M. D. XCI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131265-p0213-4